
UNIVERSITEITS

PUBLII SYRI MIMI

AUCTI ET CORRECTI

EX CODICE MS.

FRISINGENSI;

CUM NOTIS

VIRI DOCTI, ET

VARIIS LECTIONIBUS.

PATAVII. CIↃIↃCCLXIX.

EXCUDEBAT JOSEPHUS COMINUS.

SUPERIORUM PERMISSU.

AD LECTOREM.

PUBLII *Syri editio hæc non eſt Mureti ; tamen cum Mureto hic eam publicamus , eo conſilio , ut cum elegantiſſimo noſtri ævi ingenio elegantiſſimum illud priſci ævi ingenium habeas conjunctum ; P. Syrum , inquam , cujus aliquot Mimiambi jam antehac ab aliquibus ſunt editi , ut a Godofredo , ex membranis Cantabrigiæ repertis : quas ipſe conqueritur & depravatiſſimas , & ſententias hinc inde fuiſſe infartas , pleraſque e Seneca depromtas . Scaliger in lucem dedit aliquot Mimos Syri . Vellem , indicaſſet , quis illi in Syri editione fundus , & quorum exemplarium fidem ſecutus ſit . Suo arbitrio alios Mimos mutat , alios omittit . Nec deeſt exemplum , ubi verſum Laberii pro Publiano ponit . Henricus Stephanus quoque edidit aliquot Mimiambos P. Syri , quos non per litteras , ut alii fecerunt , ſed per rerum capita digeſſit . Porro admodum reverendus , nobilis & eruditiſſimus dominus* Antonius Velſerus , *cathedralis Eccleſiæ Friſingenſis Canonicus , in Bibliotheca Eccleſiæ Friſingenſis membranas manuſcriptas reperit , & ad* Marcum *fratrem* II. Virum Auguſtanum *tranſmiſit ; hic ad nos ; in quibus Mimi P. Syri . Quos ubi cum aliis conferre cœpi , illico deprehendi in Codice Friſingenſi quam plurimos optimæ notæ , vere Publianos , & perquam eleganter acutos Mimiambos , qui in omnibus aliis hactenus deſiderabantur . Quare operæ pretium viſum eſt , hos adjicere , & editionem novam , omnium pleniſſimam adornare . Quanto in pretio hi Mimi fuerint apud ſapientes , teſtis ſit Romanus ſapiens , qui eos e theatralibus nugis , inter quas jactabantur , tanta cura ſelegit , iiſque ſapientiæ præcepta exornavit . Probe enim ſcivit intima & ſeveriſſima Ethices præcepta Mimorum numeris apte illigata eſſe ; & quanta hoc factum ſit utilitate , paſſim teſtatur . Natura , inquit ,*

fundamenta dedit ſemenque virtutum: omnes ad omnia iſta nati ſumus. Cum irritator acceſſit, tunc illa animi bona velut ſoluta excitantur. Non vides quemadmodum theatra conſonent, quoties aliqua dicta ſunt, quæ publice agnoſcimus, & conſenſu vera eſſe teſtamur?

Deſunt inopiæ multa, avaritiæ omnia.

In nullum avarus bonus eſt, in ſe peſſimus.

Ad hos verſus ille ſordidiſſimus plaudit, & vitiis ſuis fieri convicium gaudet. *Et paulo poſt:* Nam, ut dicebat Cleanthes, quemadmodum ſpiritus noſter clariorem ſonum reddit, cum illum tuba per longi canalis anguſtias tractum, patentiore noviſſime exitu effudit: ſic ſenſus noſtros clariores carminis arcta neceſſitas efficit. Eadem negligentius audiuntur, minuſque percutiunt, quamdiu ſoluta oratione dicuntur: ubi acceſſere numeri, & egregium ſenſum adſtrinxere certi pedes, eadem illa ſententia velut lacerto excuſſa torquetur. De contemtu pecuniæ multa dicuntur, & longiſſimis orationibus hoc præcipitur, ut homines in animo, non in patrimonio putent eſſe divitias; eum eſſe locupletem, qui paupertati ſuæ aptus eſt, & parvo ſe divitem fecit. Magis tamen feriuntur animi, cum carmine ejuſmodi dicta ſunt:

Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit.

Quod vult, habet, qui velle quod ſatis eſt, poteſt.

Cum hæc atque ejuſmodi audimus, ad confeſſionem veritatis adducimur. Illi enim quibus nihil ſatis eſt, admirantur, acclamant, odium pecuniæ indicunt. *Hæc Seneca, qui quam magnifice hic hos quaternos Publianos Mimos laudet, vides. Quia vero ille, qui Mimos Syri primus collegit, eos ordine litterarum digeſſit, eundem nos ordinem ſervamus, ita ut cujuſcunque litteræ ſeriem accurate ſequamur.*

DE

DE PUBLIO SYRO ELOGIA.

SENECA

lib. 1. Epiſt. 8.

QUAM *multi Poetæ dicunt, quæ a Philoſophis aut dicenda aut dicta ſunt! Non attingam Tragicos, aut Togatas noſtras: habent enim hæ quoque aliquid ſeveritatis, & ſunt inter Comœdias & Tragœdias mediæ. Quantum diſſertiſſimorum verſuum inter Mimos jacet! Quam multa Publii non excalceatis, ſed cothurnatis dicenda ſunt! &c.*

IDEM

lib. 1. de tranquill. vitæ cap. 11.

NUMQUAM *me in bona re mali pudebit auctoris. Publius tragicis comiciſque vehementior ingeniis, quoties mimicas ineptias, & verba ad ſummam caveam ſpectantia reliquit! inter multa alia cothurno, non tantum ſipario, fortiora, & hoc ait:*

Cuivis poteſt accidere, quod cuiquam poteſt.

MACROBIUS

II. Saturnal. capite ſeptimo reddens cauſam quare Cæſar, quem Laberio favorem ante exhibuit, in P. Syrum tranſtulerit.

SED *quia & paulo ante Aurelius Symmachus, & ego nunc Laberii fecimus mentionem; ſi aliqua hujus atque Publii dicta referemus, videbimur & adhibendi convivio Mimos vitaſſe laſciviam, & tamen*

celebritatem, quam quum adſunt illi excitare pollicentur, imitari. Laberium aſperæ libertatis equitem Romanum Cæſar quingentis millibus invitavit, ut prodiret in ſcenam, & ipſe ageret Mimos, quos ſcriptitabat. Sed poteſtas non ſolum, ſi invitet, ſed etſi ſupplicet, cogit. Unde ſe & Laberius a Cæſare coactum in Prologo teſtatur his verſibus:

Neceſſitas, cujus curſus tranſverſi impetum
Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt,
Quo me detruſit pæne extremis ſenſibus!
Quem nulla ambitio, nulla unquam largitio,
Nullus timor, vis nulla, nulla auctoritas
Movere potuit in juventa de ſtatu;
Ecce in ſenecta ut facile labefecit loco
Viri excellentis mente clemente edita
Submiſſa placide blandiloquens oratio!
Etenim ipſi dii negare cui nihil potuerunt,
Hominem me denegare quis poſſet pati?
Ego bis tricenis annis actis ſine nota,
Eques Romanus e Lare egreſſus meo,
Domum revertar Mimus! Nimirum hoc die
Uno plus vixi, mihi quam vivendum fuit.
Fortuna immoderata in bono æque atque in malo,
Si tibi erat libitum litterarum laudibus
Floris cacumen noſtræ famæ frangere,
Cur cum vigebam membris præviridantibus,
Satisfacere populo, & tali cum poteram viro,
Non flexibilem me concurvâſti, ut carperes?
Nunc me quo dejicis? quid ad ſcenam affero?
Decorem formæ, an dignitatem corporis?
Animi virtutem, an vocis jucundæ ſonum?
Ut hedera ſerpens vires arboreas necat,
Ita me vetuſtas amplexu annorum enecat.
Sepulcri ſimilis, nil niſi nomen retineo.

In ipſa quoque actione, ſubinde ſe, qua poterat, ulciſce-

ciſcebatur, inducto habitu Syri; qui velut flagris caſus, præripientique ſe ſimilis, exclamabat:

Porro, Quirites! libertatem perdimus.

Et paulo poſt adjecit:

Neceſſe eſt multos timeat, quem multi timent.

Quo dicto univerſitas populi ad ſolum Cæſarem oculos & ora convertit, notantes impotentiam ejus hac dicacitate lapidatam. Ob hæc in Publium vertit favorem.

Is Publius natione Syrus, cum puer ad patronum domini eſſet adductus, promeruit eum non minus ſalibus & ingenio, quam forma. Nam forte cum ille ſervum ſuum hydropicum jacentem in area vidiſſet increpuiſſetque, Quid in ſole faceret? *reſpondit,* Aquam calefacit. *Joculari deinde ſuper cœna exorta quæſtione,* Quodnam eſſet moleſtum otium? *& aliud alio opinante, ille,* Podagrici pedes, *dixit. Ob hæc & alia manumiſſus, & majore cura eruditus, cum Mimos componeret, ingentique aſſenſu in Italiæ oppidis agere cepiſſet, productus Romæ per Cæſaris ludos, omnes qui tunc ſcripta & operas ſuas in ſcenam locaverant, provocavit; ut ſinguli ſecum poſita invicem materia pro tempore contenderent. Nec ullo recuſante ſuperavit omnes; in quibus & Laberium: unde Cæſar arridens hoc modo pronunciavit:*

Favente tibi me victus es, Laberi, a Syro.

Statimque Publio palmam, & Laberio annulum aureum cum quingentis ſeſtertiis dedit. Tunc Publius ad Laberium recedentem ait:

Qui cum contendiſti ſcriptor, hunc ſpectator ſubleva.

Sed & Laberius ſequenti ſtatim commiſſione, Mimo novo interjecit hos verſus:

Non poſſunt primi eſſe omnes omni in tempore:
Summum ad gradum cum claritatis veneris;
Conſiſtes ægre, & quam deſcendas, decides.
Cecidi ego; cadet qui ſequitur. laus eſt publica.

Publii autem Sententiæ feruntur lepidæ & ad communem uſum accommodatiſſimæ. Ex quibus has fere memini ſingulis verſibus circumſcriptas:

Beneficium dando, accepit qui digno dedit.
Feras non culpes, quod mutari non poteſt.
Cui plus licet, quam par eſt, plus vult, quam licet.
Comes facundus in via pro vehiculo eſt.
Frugalitas inſerta eſt rumoris boni.
Hæredis fletus ſub perſona riſus eſt.
Furor fit læſa ſæpius patientia.
Improbe Neptunum accuſat qui iterum naufragium facit.
Nimium altercando veritas amittitur.
Pars beneficii eſt, quod petitur, ſi cito neges.
Ita amicum habeas, poſſe ut fieri inimicum putes.
Veterem ferendo injuriam, invitas novam.
Nunquam periclum ſine periclo vincitur.

Hæc apud Macrobium.

GELLIUS.

lib. 17. cap. 14.

PUBLIUS *Mimos ſcriptitavit; dignuſque habitus eſt, qui ſuppar* (*al.* ſuper) *Laberio judicaretur. C. autem Cæſarem ita Laberii maledicentia & arrogantia offendebat, ut acceptiores & probatiores ſibi eſſe Publii, quam Laberii, Mimos prædicaret. Hujus Publii Sententiæ feruntur pleræque lepidæ, & ad communem uſum commendatiſſimæ. Ex quibus ſunt iſtæ ſingulis verſibus circumſcriptæ, quas libitum hercle eſt adſcribere:*

Malum eſt conſilium, quod mutari non poteſt.
Beneficium dando, accepit qui digno dedit.
Feras, non culpes, quod vitari non poteſt.
Cui plus licet, quam par eſt, plus vult, quam licet.

Co-

Comes facundus in via pro vehiculo eſt.
Frugalitas inſerta eſt rumoris boni.
Hæredis fletus ſub perſona riſus eſt.
Furor fit læſa ſæpius patientia.
Improbe Neptunum accuſat qui iterum naufragium facit.
Ita amicum habeas, poſſe ut fieri inimicum putes.
Veterem ferendo injuriam, invitas novam.
Nunquam periclum ſine periclo vincitur.
Nimium altercando veritas amittitur.
Pars beneficii eſt, quod petitur, ſi belle neges,
Hæc apud Gellium.

SENECA

lib. 7. controv. 3.

CASSIUS *Severus, ſummus Publii amator, ajebat, &c. Apud eum (Publium) melius erant dicta, quam apud quenquam Comicum Tragicumque, aut Romanum, aut Græcum, &c.*

NOTÆ VERSIBUS APPOSITÆ SIC EXPLICANTUR.

f. Denotat manuſcriptum codicem Friſingenſem. Jam ſi cui verſui littera *f.* ſola apponatur, denotat, illum in ſolo Friſingenſi reperiri, abeſſe autem in cæteris omnibus, tam in editione Godofredi, quam Henrici Stephani, & Scaligeri.

g. denotat editionem Godofredi. Jam ſi cui verſui littera *g.* ſola apponatur, denotat, illum in ſola editione Godofredi reperiri; abeſſe autem in M. S. Friſingenſi, & in Henrici Stephani & Scaligeri editione.

h. denotat editionem Henrici Stephani. Jam ſi cui verſui littera *h.* ſola apponatur, denotat, illum tantum in editione Henrici Stephani reperiri, non autem alibi.

ſ. denotat editionem Joſephi Scaligeri. Jam ſi cui verſui littera *ſ.* ſola apponatur, denotat, illum tantum in Scaligeri editione eſſe, non autem alibi.

Binæ ex his litteris denotant, illum verſum in binis illis codicibus, quos litteræ ſignificant, reperiri; in reliquis non. Ternæ vero litteræ denotant, verſum in ternis reperiri, ſed deſiderari in eo codice, quem notat littera omiſſa. Ut, exempli gratia, *f. g.* denotat, verſum in M. S. Friſingenſi, & in Godofredi editione reperiri, deſiderari vero in Henrici Stephani & Scaligeri. Sic *f. g. h.* denotat, verſum reperiri in M. S. Friſingenſi, & in Godofredi & Henrici editione; abeſſe autem in editione Scaligeri. Et ſic de cæteris.

Si nulla littera appoſita ſit verſui, ſignum eſt, illum in omnibus reperiri, tam in codice M. S. Friſingenſi, quam in editionibus Godofredi, Henrici Stephani & Scaligeri.

† denotat nec eſſe Mimum Publianum, nec carmen, ſed ſententiam alicunde intruſam.

PU-

PUBLII SYRI MIMI

AUCTI ET CORRECTI

EX CODICE MANUSCRIPTO FRISINGENSI.

g. † A DUABUS cauſis præſtare princeps ſolet, ſi aut ſe vendicat, aut alium.
ſ. A morte ſemper homines tantundem abſumus.
Ab alio exſpectes, alteri quod feceris.
Ab amante lacrymis redimas iracundiam.
g. † Aberrare a fortuna tua non potes, obſidet te: quocunque deſcenderis, magno apparatu ſequitur. *Senec. 1. clem. 8.*
Abſentem lædit, cum ebrio qui litigat.
g. † Acerrima virtus eſt, quam ultima neceſſitas excutit. *Senec. ibid. cap. 11.*
Ad calamitatem quilibet rumor valet.
Ad pœnitendum properat, cito qui judicat.
Ad triſtem partem ſtrenua eſt ſuſpicio.
ſ. Adulter eſt, uxoris amator acrior.
ſ. Æs debitorem leve, grave inimicum facit.
g. † Agat princeps curam non tantum ſalutis, ſed honeſtæ cicatricis. *ibid. cap. 7.*
Aleator, quantum in arte eſt, tanto eſt nequior.
Aliena nobis, noſtra plus aliis, placent.
Alienum æs homini ingenuo acerba ſervitus.

Alie-

Alienum eſt omne, quicquid optando evenit.
ſ. Alterius damnum gaudium haud facias tuum.
Amans iratus multa mentitur ſibi.
Amans quid cupiat, ſcit: quid ſapiat, non videt.
Amans quod ſuſpicatur, vigilans ſomniat.
ſ. Amans, ſicut fax, agitando magis ardeſcit.
Amare & ſapere vix Deo conceditur.
Amare juveni fructus eſt, crimen ſeni.
ſ. Amantis jusjurandum pœnam non habet.
ſ. Amantium ira, amoris integratio eſt.
Ames parentem, ſi æquus eſt; ſi aliter, feras.
ſ. Amicis eo magis dees, quo nihil habes.
ſ. Amicitia pares aut accipit, aut facit.
ſ. Amicitia ſemper prodeſt, amor & nocet.
Amici vitia niſi feras, facis tua.
g. h. Amicos res opimæ parant, adverſæ probant.
ſ. Amicum, an hoſtem habeas, aperit calamitas.
ſ. Amicum lædere ne joco quidem licet.
ſ. Amicum perdere eſt damnorum maximum.
Amor animi arbitrio ſumitur, non ponitur.
Amor extorqueri non pote, elabi pote.
Amori finem tempus, non animus, facit.
Amoris vulnus idem qui ſanat, facit.
Amor miſceri cum timore non poteſt.
Amor otioſæ cauſa ſolicitudinis.
Amor, ut lacryma, ab oculis oritur, in pectus cadit.
Anguſta capitur tutior in menſa cibus.
Animo dolenti nihil oportet credere.
ſ. Animo imperabit ſapiens, ſtultus ſerviet.
ſ. Animo virum pudicæ, non oculo, eligunt.
Animus vereri qui ſcit, ſcit tuto ingredi.
ſ. Animus hominis, quicquid ſibi imperat, obtinet.
Anus, cum ludit, morti delicias facit.
Aperte mala cum eſt mulier, tum demum eſt bona.

g.b.f. Arcum intenſio frangit, animum remiſſio.
f. Ars non ea eſt quæ ad effectum caſu venit.
Aſpicere oportet quod poſſis deperdere.
Aſtute crines dum celantur, ætas indicatur.
Avaro quid mali optes, niſi ut vivat diu? 55
Avarum facile capias, ubi non ſis idem.
f. Avarum irritat, non ſatiat, pecunia.
Avarus damno potius, quam ſapiens, dolet.
Avarus ipſe miſeriæ cauſa eſt ſuæ.
Avarus niſi cum moritur, nil recte facit. 60
f. Audendo virtus creſcit, tardando timor.
g.f. Auferri & illud quod dari potuit, poteſt.
f. Avidum eſſe oportet neminem niſi ſenem.
Aut amat, aut odit mulier; nihil eſt tertium.
Auxilia humilia, firma conſenſus facit. 65

f. BENE audire, alterum patrimonium eſt.
Bene cogitata ſi excidunt, non occidunt.
Bene dormit qui non ſentit quam male dormiat.
f. Beneficia donari, aut mali, aut ſtulti putant.
Beneficia plura recipit qui ſcit reddere. 70
Beneficium accipere, libertatem eſt vendere.
Beneficium dando, accepit qui digno dedit.
Beneficium dignis ubi des, omnes obliges.
g. Beneficium eſt, eo carere quod invitus poſſideas.
g. † Beneficium eſt, ſemper reddere bonitatis verba.
Beneficium qui dare neſcit, injuſte petit. 76
Beneficium qui dediſſe ſe dicit, petit.
Beneficium ſæpe dare, docere eſt reddere.
f. Bene perdas gaudium, ubi dolor pariter perit.
Bene perdit nummos, judici quum dat nocens.
f. Bene vixit qui potuit, cum voluit, mori. 81
Benevoli conjunctio animi maxima eſt cognatio.
g. Benevolus animus maxima eſt cognatio.
Benignus etiam dandi cauſam cogitat.

Bis emori eſt, alterius arbitrio mori.
Bis eſt gratum quod opus eſt, ſi ultro ſit datum.
Bis interimitur, qui ſuis armis perit.
Bis peccas, cum peccanti obſequium accommodas.
Bis vincit qui ſe vincit in victoria.
Blanditia, non imperio, fit dulcis venus.
Bona comparat præſidia miſericordia.
Bona f.ma in tenebris proprium ſplendorem obtinet.
f.g. Bona imperante animo fiet pecunia.
Bona mors eſt homini, vitæ quæ extinguit mala.
Bona nemini hora eſt, ut non alicui ſit mala.
Bona opinio hominum, tutior pecunia eſt.
Bona quæ veniunt, niſi ſuſtineantur, cadunt, ut opprimant.
Bonarum rerum nimia conſuetudo peſſima eſt.
Bona turpitudo eſt, quæ periclum vindicat.
f. Boni eſt viri etiam in morte nullum fallere.
g.h.f. Bonis nocet quiſquis pepercerit malis.
Bonitatis verba imitari, malitia major eſt.
g.h.f. Bono juſtitiæ proxima eſt ſeveritas.
Bonorum crimen eſt officioſus miſer.
Bonum ad virum cito moritur iracundia.
Bonum eſt fugienda aſpicere in alieno malo.
g. † Bonum eſt reddere bona verba, etiam inimicis.
Bonum quod eſt, ſupprimitur, nequaquam exſtinguitur.
Bonus animus læſus, multo gravius iraſcitur.
Bonus animus nunquam erranti obſequium accommodat.
g. † Bonus judex eſt qui novit diſpenſare quod dandum eſt, & quatenus.
Breve amans eſt ipſa memoria iracundiæ.
f. Brevis ipſa vita, ſed malis fit longior.

COECI

f. COgci ſunt oculi, cum animus alias res agit.

f.f. Caret periculo, qui etiam, cum eſt tutus, cavet.

Caſta ad virum matrona parendo imperat.

f. Caſus, quem ſæpe tranſit, aliquando invenit.

f. Cave amicum credas, niſi quem probaveris.

Cavendi nulla eſt dimittenda occaſio.

f. Cave, quicquid incipias quod poſt pœniteat.

f. Cicatrix conſcientiæ, pro vulnere eſt.

Citius venit periclum, cum contemnitur.

Cito ignominia fit ſuperbi gloria.

Cito improborum læta ad perniciem cadunt.

f. Civilis belli oblivio defenſio eſt.

g. † Clementia eſt lenitas ſuperioris adverſus inferiorem. *Sen. 2. clement. cap.* 3.

g. † Clementia eſt temperantia animi in poteſtate ulciſcendi. *ibidem.*

g. † Clementia in quamcunque domum venerit, felicem eam tranquillamque præſtabit.

f. Cogas, amantem iraſci, amare ſi velis.

Comes facundus in via pro vehiculo eſt.

Conjunctio animi, maxima eſt cognatio.

f.g. Conſcientia amici nullius invenit linguæ preces.

f. Conſidera quid dicas, non quid cogites.

f. Conſiliis juniorum multi ſe docti explicant.

Conſilio melius vincas, quam iracundia.

Conſueta vitia ferri, non reprehendimus.

g. † Conſuetudo peccandi multitudinem facit peccantium. *Ex Senec. 1. de clem. cap.* 22.

Contemni eſt gravius, quam ſtultitia percuti.

f. Contra felicem vix Deus vires habet.

f. Contra imprudentem ſtultitia eſt nimia ingenuitas.

Con-

Contumeliam nec facere fortis poteſt, nec ingenuus pati.
Cotidie damnatur qui ſemper timet.
Cotidie eſt deterior poſterior dies.
Crimen relinquit vitæ, qui mortem appetit.
Crudelem Medicum intemperans æger facit.
f. Crudelem Medicum intemperans facit. 146
f. Crudelis eſt, non fortis, qui infantem necat.
Crudelis in re adverſa eſt objurgatio.
f. Crudelis lacrymis paſcitur, non frangitur.
f. Cui nolis ſæpe iraſci, iraſcaris ſemel. 150
f. f. Cui omnes benedicunt, poſſidet populi bona.
f. h. Cui plus licet, quam par eſt, plus vult, quam licet.
Cui ſemper dederis, ubi neges, rapere imperes.
Cuivis poteſt accidere, quod cuiquam poteſt.
f. g. h. Cuivis dolori remedium eſt patientia. 155
Cujus mortem expetunt cives, vitam oderunt.
f. Cum ames, non ſapias, aut, cum ſapias, non ames.
f. Cum das avaro præmium, ut noceas, rogas.
f. Cum inimico nemo in gratiam tuto redit.
Cum vitia profunt, peccat qui recte facit. 160

DAMNARE eſt objurgare, quum auxilio eſt opus.
f. Damnat, quæ lingua vocem habet, vim non habet.
Damnum appellandum eſt cum mala fama lucrum.
f. Damnum, niſi ex abundantia, raro venit.
g. f. Dari bonum quod potuit, auferri poteſt. 165
Didicere flere fœminæ in mendacium.
De inimico ne loquaris male, ſed cogites.
f. Deliberando diſcitur ſapientia.

f. De-

f. Deliberando ſæpe perit occaſio.
Deliberandum eſt diu, quod ſtatuendum eſt ſemel. 170
f. h. Deliberare utilia, mora eſt tutiſſima.
f. Demens eſt quiſquis præſtat errori fidem.
f. Deos reddere credo, cum felix vocet.
Deſpicere oportet quod poſſis deperdere.
Deſunt inopiæ multa, avaritiæ omnia. 175
Deſunt luxuriæ multa, avaritiæ omnia.
Dies quod donat, timeas; cito raptum venit.
f. Difficile eſt dolori convenire cum ſapientia.
g. † Difficilius eſt moderari, ubi dolori debetur ultio, quam ubi exemplo.
Difficilem habere oportet aurem ad crimina.
Dimiſſum quod neſcitur, non amittitur. 181
Diſcipulus eſt prioris poſterior dies.
Diſcordia ſit charior concordia.
Diu apparandum eſt bellum, ut vincas celerius.
Dixeris maledicta, cum ingratum hominem dixeris. 185
f. Dolor animi gravior eſt quam corporis.
Dolor decreſcit, ubi, quo creſcat, non habet.
Ducis in conſilio poſita eſt virtus militum.
f. Dulce etiam fugias, fieri quod amarum poteſt.
Dum vita grata eſt, mortis conditio optima eſt. 190
f. Duplex fit bonitas, ſimul ut acceſſit celeritas.

EFFUGERE cupiditatem, regnum eſt vincere.
f. Eget minus mortalis, quo minus cupit.
Eheu quam miſerum eſt, fieri metuendo ſenem!
g. † Eleemoſyna non tam accipientibus, quam dantibus prodeſt. 195
h. f. Eodem animo beneficium debetur, quo datur.

Eripere telum, non dare, irato decet.
g. † Errat, ſi quis exiſtimat, tutum diu eſſe regem.
ſ. Eſt cupiditati & ipſa tarda celeritas.
h. ſ. Eſt honeſta turpitudo pro bona cauſa mori.
ſ. Eſt ſocia mortis homini vita ingloria.
ſ. Eſt turba ſemper argumentum peſſimi.
ſ. Eſt vita miſero longa, felici brevis.
ſ. Et calamitas, virtutis eſt occaſio.
Et deeſt & ſuperat miſeris cogitatio.
ſ. Etiam bonum ſæpius obeſt affluescere.
Etiam capillus unus habet umbram ſuam.
Etiam celeritas in deſiderio mora eſt.
Etiam hoſti eſt æquus qui habet in conſilio fidem.
Etiam innocentes cogit mentiri dolor.
Etiam in peccato rectè præſtatur fides.
Etiam oblivisci quod ſis, interdum expedit.
Etiam qui faciunt, oderunt, injuriam.
ſ. Etiam ſanato vulnere cicatrix manet.
ſ. Etiam tyrannus vix precario imperat.
ſ. Et miſeriarum portus eſt patientia.
g. † Evadere poſſunt puſilla mala, & verba dare: ingentibus obviam itur.
Excelſis multo facilius caſus nocet.
g. † Excuſationem quærere, vitium eſt: omnia ad Deum relinque.
ſ. Exeritur opere nequitia, non incipit.
ſ. g. h. Ex hominum quæſtu facta Fortuna eſt dea.
Exilium patitur, patriæ qui ſe denegat.
ſ. Ex lite multa gratia fit formoſior.
g. † Ex ſæva animadverſione nulli regi gloria eſt.
g. Ex ſpe præmii ſolatium ſit laboris.
ſ. Extrema ſemper de antefactis judicant.
ſ. g. h. Ex vitio alterius ſapiens emendat ſuum.
Exulis cui nuſquam domus eſt, ſine ſepulcro eſt mortuus.

ſ. Fa-

ſ. FACILITAS animi ad partem ſtultitiæ rapit.
Facilius creſcit, quam inchoatur, dignitas.
g. † Facilius privatis ignoſcitur, pertinaciter ſe judicantibus.
ſ.h.ſ. Facit gradum Fortuna quem nemo videt.
ſ. Factum tacendo, crimen facias acrius.
Falſum maledictum, malevolum mendacium eſt.
Fatetur facinus is qui judicium fugit.
ſ. Felicitas nutrix eſt iracundiæ.
Felix improbitas, optimorum eſt calamitas.
ſ.h.ſ. Fer difficilia, ut & facilia perferas.
Feras, non culpes, quod vitari non poteſt.
Feras quod lædit, ut & quod prodeſt feras.
g.h.ſ. Ficta cito ad naturam reciderint ſuam.
Fidem nemo perdit, niſi qui non habet.
ſ. Fidem nemo unquam perdit, niſi qui non habet.
Fidem qui perdit, perdere ultra nil poteſt.
Fidem qui perdit, quo ſe ſervat in reliquum?
Fides, ut anima, unde abiit, eo nunquam redit.
Fœminarum curam gerere, deſperare eſt otium.
Formoſa facies muta commendatio eſt.
Fortuna nulli pluſquam conſilium valet.
ſ. Fortuna jus in hominis mores non habet.
ſ. Fortuna magna, magna domino eſt ſervitus.
Fortunam citius reperias, quam retineas.
Fortuna nimium quem fovet, ſtultum facit.
Fortuna obeſſe nulli contenta eſt ſemel.
g. Fortuna quam nemo invidet, gratum facit.
ſ. Fortuna quo ſe, eodem & inclinat favor.
Fortuna, quum blanditur, captatum venit.
Fortuna vitrea eſt, tum, quum ſplendet, frangitur.
Fortuna unde aliquid fregit, caſſum eſt.
Fortuna uſu dat multa, mancipio nihil.

Fraus eſt accipere quod non poſſis reddere.
g.ſ. Frequens vindicta paucorum, odium reprimit. *Sen. 1. clem. 8.*
ſ. Frugalitas rumoris bona miſeria eſt.
h.ſ. Frugalitas inferta eſt rumoris boni.
ſ.g.h. Fruſtra, cum ad ſenectam ventum eſt, recipis adoleſcentiam.
Fruſtra rogatur qui miſereri non poteſt.
ſ.g.h. Fulmen eſt, ubi cum poteſtate habitat iracundia.
Furor fit læſa ſæpius patientia.
Futura pugnant, ne ſe ſuperari ſinant.

ſ. GEMINAT peccatum, quem delicti non pudet.
g. † Gradus a magnis ad majora fit. *Sen. 1. clem. 1.*
Grave crimen, etiam leviter cum eſt dictum, nocet.
g.h.ſ. Grave eſt malum omne quod ſub aſpectu latet.
ſ. Grave judicium eſt quod præjudicium non habet.
Grave præjudicium eſt quod judicium non habet.
Gravis animi pœna eſt quem facti pœnitet.
Gravis animus dubiam non habet ſententiam.
Gravior inimicus qui latet ſub pectore.
ſ. Graviora quædam ſunt remedia periculis.
Graviſsima eſt probi hominis iracundia.
Graviſsimum eſt imperium conſuetudinis.
ſ. Gravius malum omne quod ſub aſpectu latet.
Gravius nocet quodcunque inexpertum accidit.

HABENT locum maledicti crebræ nuptiæ.
Habet in adverſis conſilia qui in ſecundis commodat.
Habet ſuum venenum blanda oratio.

g. † Hæc

g. † Hæc clementia principem decet, ut quocunque venerit, manſuetiora omnia faciat.
ſ. † Hæc conſcientia animi gravior eſt ſervitute.
Hæredem ferre utilius eſt, quam quærere.
Hæredis fletus ſub perſona riſus eſt.
g. † Haud minus turpia ſunt principi multa ſupplicia, quam medico multa funera.
ſ.g.h. Heu dolor! quam miſer eſt, qui in tormento vocem non habet!
Heu quam difficilis gloriæ cuſtodia eſt!
g.ſ. Heu quam miſerum eſt, ab eo lædi de quo non poſſis queri!
ſ.g. Heu quam miſerum eſt diſcere ſervire, ubi ſis doctus dominari!
ſ.g.h. Heu quam multa pœnitenda incurrunt vivendo diu!
Heu quam eſt timendus qui mori tutum putat!
ſ. Hominem etiam frugi flectit ſæpe occaſio.
Hominem experiri multa paupertas jubet.
ſ. Homini conſilium tunc deeſt, quum multa invenit.
Homo extra corpus eſt ſuum, quum iraſcitur.
Homo ne ſit ſine dolore, fortunam invenit.
Homo qui in homine calamitoſo eſt miſericors, meminit ſui.
Homo ſemper in ſeſe aliud fert, in alterum aliud cogitat.
Homo toties moritur, quoties amittit ſuos.
Homo vitæ commodatus, non donatus, eſt.
ſ. Honeſta lex eſt temporis neceſſitas.
ſ.g. Honeſta turpitudo eſt, pro bona cauſa mori.
ſ. Honeſte parcas improbo, ut non careas probo.
Honeſte ſervit qui ſuccumbit tempori.
g. † Honeſtius eſt, cum judicaveris, amare, quam cum amaveris, judicare.
Honeſtus rumor alterum eſt patrimonium.

f. Honos honeſtum decorat, inhoneſtum notat.
f. Humanitatis optima eſt certatio.

f. JACET omnis virtus, fama niſi lata pateat.
f. Ibi ſemper eſt victoria, ubi concordia eſt. 316
f. Ibi pote valere populus, ubi leges valent.
f. Ictum tacentem crimen facias acrius.
g. h. f. Id agas, tuo te merito ne quis oderit.
f. Ignis etiam ſuum calorem in ferro tenet. 320
Ignoſcere hominum eſt, niſi pudet cui ignoſcitur.
f. Ignoſcito ſæpe alteri, nunquam tibi.
Illo nocens ſe damnat quo peccat die.
g. † Imago animi ſermo eſt: qualis eſt vir, talis oratio.
g. † Imbecillos oculos eſſe qui ad alienam lippitudinem ſuffunduntur. *Sen. 2. de clem. cap. 7.*
f. Improbe Neptunum accuſat qui iterum naufragium facit. 326
f. Imprudens peccavit quem facti pœnitet.
Impune in eum pecces qui peccat rarior.
In amore ſemper mendax iracundia eſt.
f. In amore forma plus valet, quam auctoritas. 330
f. In amore ſemper cauſa damni quæritur.
In calamitoſo riſus etiam injuria eſt.
f. Incertus animus remedium eſt ſapientiæ.
f. Inertia tum judicatur, cum fugitur labor.
f. Inertia eſt laboris excuſatio. 335
g. † Infelici felicitas eſt innocentia; nequitia ipſa pœna ſui eſt.
g. In felicitate ſe erigere, eſt felicitatem ſubmittere.
Inferior horret quicquid peccat ſuperior.
Ingenuitas non recipit contumeliam. 339
Ingenuitatem lædas, quum indignum roges.
f. Ingenuus animus non fert vocis verbera.

f. In-

f. Ingrata ſunt beneficia quibus comes eſt metus.
Ingratus unus omnibus miſeris nocet.
g. † Inhoneſta res eſt, ſuos vincere: ſatis eſt, potuiſſe punire.
f. Inimici ad animum nullæ conveniunt preces.
f. Inimico exſtincto, exitium lacrimæ non habent. 346
Inimicum, quamvis humilem, docti eſt metuere.
Inimicum ulciſci, vitam accipere eſt alteram.
In judicando criminoſa eſt celeritas.
f. Injuriam aures, quam oculi, facilius ferunt.
f. Injuriam facilius facias, quam feras. 351
f. Injuriam ipſe facias, ubi non vindices.
f. Injuriarum remedium eſt oblivio.
In malis ſperare bene, niſi innocens, nemo ſolet.
f. In miſera vita etiam contumelia eſt. 355
f. In miſero facile fit poteus injuria.
In nullum avarus bonus eſt, in ſe peſſimus.
Inopiæ parva deſunt, avaritiæ omnia.
Inopi beneficium bis dat qui dat celeriter.
In rebus dubiis plurimi eſt audacia. 360
f. Inſanus omnis furere credit cæteros.
Inſtructa inopia eſt in divitiis cupiditas.
f. Intellige ecquæ ſint, ut & bene agas, bona.
f. Interdum habet ſtultitiæ partem felicitas.
f. In turpi re peccare, bis delinquere eſt. 365
f. In venerem ſemper certat dolor & gaudium.
f. In venere ſemper dulcis eſt dementia.
Invidia id quod videt, loquitur, non quod ſubeſt.
Invidiam ferre aut fortis, aut felix poteſt.
f. Invidia tacita citius inimica iraſcitur. 370
Invidia tacite, ſed inimice iraſcitur.
Invitat culpam qui peccatum præterit.
f. In vitia miſeri nulla contumelia eſt.
Invitum cum retineas, exire incitas.

Ipſæ amicos res opimæ pariunt, adverſæ probant.
Iracundiam qui vincit, hoſtem ſuperat maximum.
Iratum breviter vites, inimicum diu.
f. Iratus cum ad ſe redit, ſibi tum iraſcitur.
Iratus etiam facinus conſilium putat.
f. Iratus nil non criminis loquitur loco.
Irritare eſt calamitatem, cum te felicem vocas.
f.f. Is minimo eget mortalis qui minimum cupit.
Ita crede amico, ne ſit inimico locus.
Ita amicum habeas, poſſe ut fieri hunc inimicum putes.
f. Iter eſt, quacunque dat prior veſtigium.
f. Jucunda macula eſt ex inimici ſanguine.
Jucundum nihil eſt, niſi quod reficit varietas.
Judex damnatur, cum nocens abſolvitur.
g. Jus omnem ſupra injuriam poſitum ſcias.

LÆso doloris remedium, inimici dolor.
f. Lapſus ſemel, fit culpa, ſi iterum ceciderit.
Laſcivia & laus nunquam habent concordiam.
g. † Laſſa crudelitas, non eſt vocanda clementia.
f. Late lucere ignis, ut nihil urat, poteſt.
Laus nova niſi oritur, etiam vetus amittitur.
Legem nocens veretur, fortunam innocens.
f. Legem ſolet oblivíſci iracundia.
Levis eſt Fortuna; cito repoſcit quod dedit.
f. Lex videt iratum, iratus legem non videt.
Lex univerſa eſt quæ jubet naſci & mori.
Libido cunctos etiam ſub vultu damnat.
Libido, non judicium, eſt quod levitas ſapit.
f. Licentiam des linguæ, cum verum petas.
f. Locis remotis qui latet, lex eſt ſibi.
Loco ignominiæ eſt apud indignum dignitas.

f. Lon-

f. Longum eſt quod flagitat cupiditas. 406
Lucrum ſine damno alterius fieri non poteſt.
Luxuriæ deſunt multa, avaritiæ omnia.

MAGIS hæres fidus naſcitur, quam ſcribitur.
f. Magis valet qui neſcit quid valet calamitas.
g. † Magnam fortunam magnus animus decet. 411
f. Magnanimo injuriæ remedium oblivio eſt.
g. † Magni animi eſt proprium, eſſe tranquillum, injurias atque offenſiones ſemper deſpicere.
g.h.f. Magno cum periclo cuſtoditur quod multis placet.
f. Magnum crimen ſecum adfert indignatio. 415
Mala cauſa eſt quæ requirit miſericordiam.
Malæ naturæ nunquam doctore indigent.
Mala eſt medicina, ubi aliquid naturæ perit.
Mala eſt voluptas alienis adſueſcere.
f. Mala mors neceſſitatis contumelia eſt. 420
f. Malam rem cum velis, honeſtatem improbes.
Maledictum interpretando facias acrius.
Male facere qui vult, nuſquam non cauſam invenit.
Male geritur quicquid geritur Fortunæ fide.
Male imperando ſummum imperium amittitur. 425
Male ſecum agit æger, medicum qui hæredem facit.
f. Male vincit is quem pœnitet victoriæ.
f. Male vivet, quiſquis neſciet mori bene.
Male vivunt qui ſe ſemper victuros putant.
f. Malevolus animus abditos dentes habet. 430
Malevolus ſemper ſua natura veſcitur.
Malignos fieri maxime ingrati docent.
g. † Malis diſplicere, laudari eſt.
f. Malitia unius cito fit maledictum omnium.

f. Ma-

f. Malitia, ut pejor veniat, ſe ſimulat bonam.
Malo in conſilio fœminæ vincunt viros. 436
f. Malo etiam parcas, ſi una eſt periturus bonus.
g. † Malo veris offendere, quam placere adulando. *Sen. 2. clem. c. 2.*
f. Malum conſilium conſultori peſſimum eſt.
f. f. Malum eſt conſilium quod mutari non poteſt.
f. Malus animus in ſecreto pejus cogitat. 441
f. Malus bonum ad ſe nunquam conſilium refert.
Malus bonum ubi ſe ſimulat, tunc eſt peſſimus.
Malus eſt vocandus qui ſua eſt cauſa bonus.
f. Malus etiam ſi obeſſe non poteſt, tamen cogitat. 445
f. Malus quicunque in pœna eſt, præſidium eſt bonis.
f. Manifeſta cauſa ſecum habet ſententiam.
f. Manſueta tutiora ſunt, ſed ſerviunt.
f. Medicina calamitatis eſt æquanimitas.
f. Meretrix inſtrumentum eſt contumeliæ. 450
f. Metuendum ſemper eſſe ſcias quem tutum velis.
f. Metum reſpicere non ſolet quicquid juvat.
f. Metus improbos compeſcit, non clementia.
Metus quum venit, rarum habet ſomnus locum. 454
f. Minimum eripit Fortuna, cum minimum dedit.
Minus decipitur cui negatur celeriter.
Minus eſt quam ſervus, dominus qui ſervos timet.
f. Minus ſæpe pecces, ſi ſcias quid neſcias.
g. † Miſera eſt ægritudo animi ob alienarum ſpeciem miſeriarum. 459
f. Miſera eſt voluptas, ubi periculi memoria eſt.
f. Miſer dici bonus vir, eſſe non, poteſt.
Miſeriam neſcire, ſine periclo eſt vivere.
g. † Miſericordia eſt vicina miſeriæ: habet enim ali-

aliquid, trahitque ex ea. *Sen. 2. clem. 6.*

g. † Miſericordia non cauſam, ſed fortunam, ſpectat.

f. Miſericors civis patriæ eſt conſolatio. 465

f. Miſerrima eſt fortuna quæ inimicos latet.

g.h.f. Miſerrima eſt fortuna quæ inimico caret.

f. Miſerrimum eſt alterius arbitrio vivere.

Miſerum eſt, tacere cogi quod cupias loqui.

g. Monſtro ſimilis eſt avaritia unica. 470

f. Mora cogitationis diligentia eſt.

Mora omnis odio eſt, ſed facit ſapientiam.

g. † Morbum eſſe ſcias, non hilaritatem ſemper arridere arridentibus, & ad omnium æſtimationem ipſum quoque os diducere.

Mori eſt felicis antequam mortem invocet.

Mori neceſſe eſt, ſed non quoties volueris. 475

f. Mors infanti felix, juveni acerba, nimis ſera ſeni.

f. Mortem timere, crudelius eſt quam mori.

f. Mortem ubi contemnas, omnes viceris metus.

Mortuo qui mittit munus, nil dat illi, adimit ſibi.

g. † Muliebre eſt furere in ira. 480

f. Muliebris lacryma condimentum eſt malitiæ.

Mulier cum ſola cogitat, male cogitat.

Mulier quæ multis nubit, multis non placet.

f. Multa ignoſcendo fit potens potentior.

Multis minatur qui uni facit injuriam. 485

f. Multis placere quæ cupit, culpam cupit.

f. Multorum calamitate vir moritur bonus.

f. Multa ante tempus, quam virum invenias bonum.

f.g.h. Multos timere debet quem multi timent.

f. Muneribus, non lacrymis, meretrix eſt miſericors.

Mutat ſe bonitas irritata injuriâ.

f.g. † NAM

f.g.† NAM etſi nullos inimicos tibi facit injuria, nonnullos tamen facit invidia.
f. Naturam abſcondit improbus, cum recte facit.
f. Neceſſe eſt maximorum minima eſſe vitia.
f. Neceſſe eſt multos timeat, quem multi timent.
f. Neceſſitas ab homine, quæ vult, impetrat. 496
f. Neceſſitas dat legem, non ipſa accipit.
f. Neceſſitas egentem mendacem facit.
f. Neceſſitas quam pertinax regnum tenet!
f. Neceſſitas quod celat, fruſtra quæritur. 500
f. Neceſſitas quod poſcit, ni dederis, eripit.
f. Neceſſitatem ferre, non fiere addecet.
f. Neceſſitati quodlibet telum utile eſt.
f. Neceſſitati ſapiens nihil unquam negat.
f. Neceſſitatis eſt remedium parcitas. 505
f. Nec mortem effugere quiſquam, nec amorem poteſt.
f. Nec vita, nec fortuna perpetua eſt hominibus.
Negandi cauſa avaro nunquam deficit.
f. Negandi cauſa avarum nunquam facit.
f. Negata eſt magnis ſceleribus ſemper fides. 510
f.ſ. Negat ſibi ipſe qui, quod difficile eſt, petit.
f.g.† Neminem cito accuſaveris, neminem cito laudaveris.
f. Nemo immature moritur qui moritur miſer.
f. Nemo timendo ad ſummum pervenit locum.
g.† Nemo poteſt perſonam diu ferre fictam: ficta cito in naturam ſuam recidunt. 515
f.g.† Nequitia ipſa pœna ſui eſt. Nam mala conſcientia ſæpe tuta eſt, ſecura nunquam:
Neſcias quid optes, aut quid fugias: ita ludit dies.
f. Neſcio quid cogitat, cum bonum imitatur malus.
f.g.† Nihil negabis quod petiturus eris.

g.f. † Ni-

g.f.† Nihil petas quod negaturus es.
f.g.† Nihil prodeſt didiciſſe benefacere, ſi ceſſes.
f. Ni gradus ſervetur, nulli tutus eſt ſummus locus.
Nil agere, ſemper infelici eſt optimum.
f. Nil aliud ſcit neceſſitas, quam vincere.
f. Nil eripit Fortuna, niſi quod & dedit.
f. Nil eſt miſerius, quam ubi pudet quod feceris.
f.g.† Nil intereſt quo animo facias quod feciſſe vitioſum eſt. Nam facta cernuntur, animus non videtur.
f. Nil magis amat cupiditas, quam quod non licet.
f.g.† Nil magnum eſt in rebus humanis, niſi animus magna deſpiciens.
f. Nil non acerbum prius quam maturum fiet.
Nil non aut lenit, aut domat diuturnitas.
Nil peccent oculi, ſi oculis animus imperet.
f. Nil poſſe quenquam, mortuum hoc eſt vivere.
Nil proprium dicas quod mutari poteſt.
f. Nil tempora ducas pro ſalutis remedio.
f. Nil turpius, quam vivere incipiens ſenex.
f. Nimia concedendo interdum fit ſtultitia.
Nimium altercando veritas amittitur.
f. Nimium eſt in morte boni, cum nil ſiet mali.
f. Niſi per te ſapias, fruſtra ſapientem audias.
f. Niſi qui ſcit facere, inſidias neſcit metuere.
f. Niſi vindices delicta, improbitatem adjuves.
g.† Nobilis profeſſio ſapientia eſt, quæ diſtributa ſuſcipit incrementum; avarum dedignata poſſeſſorem, cito niſi publicetur, elabitur.
f. Nocens precatur, innocens iraſcitur.
f. Nocentem qui defendit, crimen ſibi parit.
f. Nocere caſus non ſolet conſtantiæ.
f. Nocere poſſe & nolle, laus ampliſſima eſt.
f. Noli contemnere ea quæ ſummos ſublevant.

g. † Non

g. † Non alia facies eſt quieti moderatique imperii, quam ſereni cæli & nitentis.
f.g. † Non aliter vivas in ſolitudine, aliter in foro.
f.g. † Non aſpicias, quam plenas quiſque manus Deo, ſed quam puras, admoveat. Non enim aliter, niſi optimus animus, pulcherrimus Dei cultus eſt.
Non cito ruina perit is qui rimam timet.
f. Non corrigit, ſed lædit, qui invitum regit.
f.g. † Nondum felix es, ſi nondum te turba deridet.
f. Non eſt bonitas, eſſe meliorem peſſimo.
f.g. † Non eſt puſilla domus quæ multos recipit amicos.
f. Non eſt puſillum, ſi quid maximo eſt minus.
f. Non eſt turpis cicatrix quam virtus parit.
g. Non eſt tuum, Fortuna quod fecit tuum.
f. Non facile de innocente crimen fingitur.
f. Non facile ſolus ſerves quod multis placet.
g. † Non multum ſupra eum eminet quis cui ſe iraſcendo exæquat. *Sen. 1. clem. c. 5.*
f. Non novit virtus calamitati cedere.
f. Non pote non ſapere qui ſe ſtultum intelligit.
f.g. Non quam multis placeas, ſed qualibus, ſtude.
f. Non ſemper aurem facilem habet facilitas.
f. Non vincitur, ſed vincit, qui cedit ſuis.
Nulla tam bona eſt fortuna de qua nil poſſis queri.
f. Nulla hominum major pœna eſt, quam infelicitas.
f. Nulli facilius, quam malo, invenies parem.
f. Nulli imponas quod ipſe non poſſis pati.
f. Nullo in loco male audit miſericordia.
g. † Nullum ex omnibus clementia magis, quam regem aut prælatum decet.
f. Nullum locum eſſe ſine teſte putaveris.
g. † Nullum morioſius eſt animal, majorique arte tra-

tractandum, quam homo: & nulli magis parcendum, quam homini. *Sen. 1. clem. c. 17.*

ſ. Nullum ſine auctoramento eſt magnum malum.

Nullus tantus quæſtus, quam, quod habes, parcere.

ſ. Nunquam facilius culpa, quam in turba, latet.

g. † Nunquam liquidum ſincerumque ex turbido venit.

ſ. Nunquam non miſer eſt qui, quod timeat, cogitat.

Nunquam periclum ſine periclo vincitur.

ſ. Nunquam ſatis eſt quod improbæ ſpei datur.

ſ. Nunquam ſecura eſt prava conſcientia.

ſ. Nunquam ubi diu fuit ignis, defuit vapor.

Nuſquam melius morimur homines, quam ubi libenter viximus.

ſ. OBJURGARI in calamitate, gravius eſt quam calamitas.

ſ.g.†Objurgationi ſemper blanditiæ aliquid admiſce.

ſ. Obſequium nuptæ cito fit odium pellicis.

ſ. Occaſio ægre offertur, facile amittitur.

ſ. Occaſio receptus difficiles habet.

ſ. Occidi pulchrum, ubi ignominioſe ſervias.

ſ.g.†Odia multorum ſub vultu, multorum ſub oſculo latent.

ſ.g. Odio, oportet ut bonum, peccandi, non metu, facias.

ſ. O dulce tormentum, æquo ubi reprimitur gaudium!

ſ. Officium benevoli animi finem non habet.

ſ. † Omitte excuſationem, nemo peccat invitus.

Omne dixeris maledictum, quum ingratum hominem dixeris.

ſ.g.†Omne peccatum actio eſt. Omnis autem actio, voluntaria, tam honeſta, quam turpis.

pis. Omne ergo peccatum voluntarium eſt.
f. Omnes æquo animo parent, ubi digni imperant.
f. Omnes cum peccant occulte, pacantur citius.
f.g.† Omnes enim vitam differentes, mors incerta prævenit.
g. Omne vitium habet patrocinium ſuum.
f.† Omnia tamen panduntur, cum non dico, ſi cecideris, ſed ſi titubaveris.
g.† Omni rei moderatio eſt adhibenda, quæ ſanabilia ingenia diſtinguere a deploratis ſciat.
f.g.† Omnis affectus habet, ut in hoc quod ipſe inſanit, cæteros furere putet.
f.g. Omnis dies velut ultimus ordinandus eſt.
f.g.† Omnis doctor in vitæ ratione peccans, turpior eſt, ob hoc, quod in officio, cujus magiſter eſſe vult, labitur.
f. Omnis voluptas, quemcunque arriſit, nocet.
f.g.† (Opinentur de te homines male ſed mali : (Omnibus enim diſplicere malis, laudabile eſt.
f. O peſſimum periculum, quod opertum latet!
f. Optime poſitum eſt beneficium, ubi meminit qui accipit.
f.g.† Optimum eſt majorum veſtigia ſequi, ſi recte præceſſerint.
f.g.† Optimum eſt ſemper ignoſcere, tanquam ipſe cotidie pecces.
f.g.† Oratorem te puta, ſi tibi, quod oportet, perſuaſeris.
f. O tacitum tormentum animi conſcientia!
O vita miſero longa, felici brevis!

f.g.† PACEM cum hominibus habebis, bellum cum vitiis.
f. Paratæ lacrymæ inſidias, non fletum, indicant
g.† Par-

g.† Parcendum eſt improbandis civibus, non aliter quam membris languentibus.
f. Parens iratus, in ſe eſt crudeliſſimus.
f. Parere ſcire, par imperio gloria eſt.
f.h.ſ. Pars beneficii eſt, quod petitur, ſi belle neges.
f. Patiendo multa veniunt quæ nequeas pati.
f. Patiens & fortis ſeipſum felicem facit.
f. Patientia, animi occultas divitias habet.
g. Patria eſt, ubi bene vixeris.
f. Paucorum eſt intelligere quid deceat deos.
f. Paucorum improbitas, univerſis calamitas.
f.g.† Peccandi duo ſunt genera: aliud ex propoſito, aliud ex negligentia vel fragilitate.
g.† Peccandi verecundiam facit ipſa clementia regentis. *Sen. 1. de clem. c. 22.*
f. Peccare pauci nolunt, nulli neſciunt.
f. Peccatum amici veluti tuum recte putes.
f. Peccatum extenuat qui celeriter corrigit.
f.g.† Pecuniæ imperare oportet, non ſervire.
f. Pecunia eſt regina rerum omnium.
f.g.† Pecunia non ſatiat avarum, ſed irritat.
f.g. Pecunia ſi uti ſcias, ancilla eſt: ſi neſcis, domina.
f. Pejora multa cogitat mutus dolor.
f.g.† Pejora ſunt tecta odia, quam aperta; propterea te loquax inimicus minus, quam taciturnus offendit.
g. Beneficia in vulgus cum largiri inſtitueris, Perdenda ſunt multa ut ſemel ponas bene.
f. Perdendi finem nemo, niſi egeſtas, facit.
f. Perdidiſſe mallem, quam accipere turpiter.
f. Perdit, non donat, qui dat, niſi eſt memoria.
f. Perenne conjugium animus, non corpus, facit.
f. Pereundi ſcire tempus, aſſidue eſt mori.
f. Perfacile felix, quod vota imperant, facit.

f. Perfugere ad inferiorem, ſeipſum eſt tradere. 650
f. Pericula, qui audet, ante vincit, quam accipit.
f. Pericula timidus, etiam quæ non ſunt, videt.
f.f. Perpetuo vincit qui utitur clementia.
f. Per quæ ſis tutus, illa ſemper cogites. 654
g.† Peſtifera vis, valere ad nocendum. *Sen.* 1. *clem.* 3.
(Plerique cum ſtultis maledicunt, ipſi ſibi
(convicium faciunt.
f.g.† (Perturpe eſt enim, quod objicitur, in objiciente cognoſci.
g.† Plerique famam, pauci conſcientiam, verentur.
(Plerique metu peccare ceſſant, non innocen-
f.g.† (tia:
(Profecto tales, timidi, non innocentes, dicendi. 660
f. Plures tegit fortuna, quam tutos facit.
f. Plus eſt quam pœna, injuriæ ſuccumbere.
f. Plus eſt quam pœna, ſine re miſerum vivere.
f. Pœna ad malum ſerpens, cum properat, venit.
f. Pœna levatur, ubi laxatur dolor. 665
f. Pœnam moratur improbus, non præterit.
f. Populi eſt mancipium quiſquis patriæ eſt utilis.
f. Poſt calamitatem memoria alia eſt calamitas.
f. Potens miſericors, publica eſt felicitas.
f. Potentia in adverſis nunquam felicitas. 670
f. Potenti iraſci, ſibi periculum eſt quærere.
f.g.† Poteſt non eſſe honeſtum quod non eſt liberum.
f. Præſens eſt ſemper, qui abſens ulciſcitur.
(Præſtabis parentibus pietatem, cognatis dile-
f.g.† (ctionem.
(Præſtabis amicis fidem, omnibus æquita-
(tem. 675
f.g.† Principium diſcordiæ eſt, aliquid ex communi proprium facere.
g.† Principum ſævitia bellum eſt.

f.g.† Prius,

f.g.† Prius, quam promittas, deliberes, ut, cum promiſeris, facias.

f.g.† Prius ſi negaveris, feciſſe poſtea, fallere eſt.

f. Proba & bona fama, maxima eſt hæreditas.

f. Probe delicta, cum legas, deteras. 681

f. Probe beneficium qui dat, ex parte accipit.

f. Probus libertus, ſine natura eſt filius.

f. Prodeſſe qui vult, nec poteſt, æque eſt miſer.

f. Pro dominis peccare, etiam virtutis loco eſt. 685

f. Pro medicina dolor eſt qui dolorem necat.

g. Prope eſt ut libenter damnet, qui cito.

g. Prope eſt ut non æque damnet, qui nimis.

f. Properare in judicando, eſt crimen quærere.

f.g.† (Propter cauſam multa amico dabis: multa (cauſæ etiam contra amicum. 690

(Pro eo religioſior eris, quo melior.

f Proſpicere oportet in pace quid bellum juvet.

f.g.† Proximum ad innocentiam locum tenet verecunda confeſſio.

f. Prudenti ſtultus etiam ſermonis jocus eſt.

f. Pudor dimiſſus nunquam redit in gratiam. 695

f. Pudor doceri non poteſt, naſci poteſt.

f. Pudorem alienum qui eripit, perdit ſuum.

f. Pudorem habere, ſervitus quodammodo eſt.

f. Pudor quem non flectit, non frangit timor.

f.g.† Pulcherrimum eſt omnia præſtare nihil exigentem. 700

f. Pupillus eſt avarus ætatis brevis.

f Puras Deus, non plenas, aſpicit manus.

f.g. Putandus eſt recte fortior, qui cupiditates, quam qui hoſtes, ſubjicit.

f.g.† QUÆ ſunt maximæ divitiæ? non deſiderare divitias.

f. Quæ vult videri bella, nimium ſibi negat. 705

f. Quam felix vita, quæ ſine negotiis tranſigit!

(Quam iniquum eſt nocuiſſe, quia oderis læ-
(dere!
f.g.† (Quanto iniquius eſt odiſſe, quia læſeris!
f.g. (Quam magnarum virium eſt negligere læ-
(dentem!
(Qui enim vindicat, ſentit.
f. Quam magnum eſt, non laudari, & eſſe laudabilem!
f. Quam malus eſt culpam qui ſuam alterius facit!
f. Quam miſer eſt cujus ingrata miſericordia eſt!
f. Quam miſer eſt qui excuſare ſibi ſe non poteſt!
f. Quam miſerum auxilium eſt ubi nocet quod ſuſtinet!
g. Quam miſerum eſt, ab illo lædi de quo non poſſis queri!
f. Quam miſerum eſt, bene quod feceris, factum queri!
f. Quam miſerum eſt, cogi opprimere quem ſalvum velis!
f. Quam miſerum eſt, cum ſe renovat, conſumtum malum!
f. Quam miſerum eſt id quod pauci habent, amittere!
f. Quam miſerum eſt mortem cupere, non poſſe emori!
f. Quam miſerum officium quod ſucceſſum non habet!
f. Quam miſerum eſt ubi conſilium caſu vincitur!
f. Quam miſerum eſt ubi te capiant qui defenderint!
f. Quam pœnitenda incurrunt vivendo diu!
f. Quam ſæpe veniam qui negaverat, petit!
f. Quamvis acerbus qui monet, nulli nocet.
f.g. (Quamvis agas ne quis merito tuo te oderit,
(Quærunt tamen ſemper qui oderint.

f. Quam-

f. Quamvis non rectum quod adjuvat, rectum putes.
f. Quanto ſerius peccatur, tanto turpius incipitur.
f. Quem bono tenere non potueris, contineas malo.
f. Quemcunque quærit calamitas, facile invenit.
f. Quem diligas, etiam queri de ipſo malum eſt.
f. Quem fama ſemel oppreſſit, vix reſtituitur.
g. Qui æquo animo malis miſcetur, eſt malus.
f. Qui bene diſſimulat, citius inimico nocet.
g. † Quicquid æquo plus futurum eſt, in partem humaniorem inclina vel præpondera.
f. Quicquid bono concedas, das partem tibi.
f. Quicquid conaris, quo pervenias, cogites.
f. Quicquid fit cum virtute, fit cum gloria.
f. Quicquid fortuna exornat, cito contemnitur.
f. Quicquid futurum eſt ſummum, ab imo naſcitur.
f. Quicquid nocere didicit, meminit, cum poteſt.
f. Quicquid plus quam neceſſe, poſſidentes premit.
f. Quicquid vindicandum eſt, optima occaſio eſt.
f. Qui, cum dolet, blanditur, poſt tempus ſapit.
f. Quicunque obeſſe, cum poteſt, non vult, prodeſt.
f.g. Quidam inimici graves, ſunt inimici leves.
f.g. † Quidam quoſdam occidunt inimicos, non quia habebant, ſed quia meruerant.
f.g. † (Quid dulcius quam habere cum quo omnia audeas: (Quem ſic credas ut te: cui ſic loquaris quaſi tecum? Quanti tales amicos habere voluerunt, quum ipſi tales eſſe non poſſunt!
f. Qui debet, limen creditoris non amat.
g. † Quid eo infelicius cui jam malum eſſe neceſſe eſt? *Sen. 1. clem. c. 13.*

f.g. Quid eſt dare beneficium? imitari Deum.
f.g. Quid eſt inimiciſſimum homini? alter homo.
f. Qui docte ſervit, partem dominatus tenet.
g.† Quid poteſt ab eo quiſquam ſperare quem malum eſſe docuit?
f. Quid quiſque poſſit, niſi tentato, neſcit.
g. Quid refert quantum habeas? multo illud plus eſt quod non habes.
f.g. †Quid ſis, intereſt, non quid habearis.
f. Quid tibi pecunia opus eſt, ſi ea uti non potes?
f.g.† Quietiſſime viverent homines, ſi duo verba tollerent, Meum & Tuum.
f. Qui exſpectat ut rogetur, officium levat.
f. Qui in vero dubitat, male agit cum deliberat.
f. Qui invitus ſervit, fit miſer, ſervit tamen.
f. Qui jusjurandum ſervat, quovis pervenit.
f. Qui metuit calamitatem, raro accipit.
f.g.† Qui ob hoc injuriam facit quia poteſt, cito deſinet quia fecit.
f. Qui omnes inſidias timet, in nullas incidit.
f.g. Qui paupertatem timet, quam timendus eſt?
f. Qui poteſt celare vitium, non facit.
f. Qui poteſt conſilium fugere, ſapere idem poteſt.
f. Qui poteſt nocere, timetur cum etiam non adeſt.
f. Qui poteſt transferre amorem, poteſt deponere.
f. Qui pro innocente dicit, ſatis eſt eloquens.
g.† Qui propter pecuniæ, vel libidinis amorem moritur, oſtendit, ſe nunquam ſui cauſa vixiſſe.
f. Qui ſeipſum laudat, cito deriſorem invenit.
f.g.† Qui ſervis crudelis eſt, oſtendit, in aliis non voluntatem ſibi deeſſe, ſed poteſtatem.
f.g.† Quis eſt pauper? qui ſibi videtur dives.
f. Qui ſibi non vivit, merito aliis eſt mortuus.
f. Quis miſerum ſciret, verba niſi haberet dolor?

f.g. Quis

f.g. Quis plurimum habet? is qui minimum cupit.
f.g.† Qui ſuccurrere perituro poteſt, cum non ſuccurrit, occidit.
f. Qui timet amicum, amicus ut timeat, docet.
f. Qui timet amicum, vim non novit nominis.
f. Qui venit ut noceat, ſemper meditatus venit.
f. Qui ulciſci dubitat, improbos plures facit.
f. Qui uni culpæ ignoſcit, ſuadet pluribus.
f. Quo cavet is, cum animus aliud, verba aliud petunt?
f. Quod ætas vitium poſuit, ætas auferet.
f. Quod eſt timendum, decipit, ſi negligas.
f. Quod facere turpe eſt, dicere ne honeſtum puta.
f. Quod fugere credas, ſæpe ſolet occurrere.
f. Quod neſcias cui ſerves, ſtultum eſt parcere.
f. Quod neſcias, damnare ſumma eſt temeritas.
f. Quod perit, quæri poteſt, reprehendi haud poteſt.
f. Quod quiſque amat, laudando commendat ſibi.
f. Quod ſemper eſt paratum, non ſemper juvat.
f. Quod ſenior loquitur, omnes conſilium putant.
f.g.† Quod tacitum eſſe vis, nemini dixeris: quia non poteris ab alio exigere ſilentium, ſi tibi ipſe non præſtas.
f. Quod timeas, citius quam quod ſperes, evenit.
f. Quod vix contingitur, voluptatem parit.
f. Quod vult, cupiditas cogitat, non quod decet.
f. Quod vult, habet, qui velle quod ſatis eſt, poteſt.
g.† Quo ſe fortuna, & favor inducit hominem.

f. RAPERE eſt, accipere quod non poſſis reddere.
f. Rapere eſt, non petere, quicquid invito auferas.

f. Rarum eſſe oportet quod diu charum velis.
f. Ratione, non vi, vincenda adoleſcentia eſt. 810
f.g.† Recta ingenia debilitat ſapientia, prava confirmat audacia.
f.g.† Recte parentem & inferiorem laudas, quia pertinet ad gloriam tuam.
g. Rege incolumi, mens omnibus una eſt; amiſſo, rupere fidem.
g.† Regibus certior eſt ex manſuetudine ſecuritas. *Sen.* 1. *de clem. c.* 8. 814
f.g. (Regibus eſt pejus multo quam ſervientibus; quia (ſingulos iſti, illi univerſos timent.
f. Regnat, non loquitur, qui nil niſi quod vult, facit.
f. Rei nulli prodeſt mora, niſi iracundiæ.
f. Remedium, fraus eſt, contra flumen quærere.
f.g.† Rem maximam promittit ſapientia, ut te reducat tibi.
f.g. Repelli ſe homines facilius quam decipi ferunt.
f. Repente dives nemo factus eſt bonus. 821
f. Res inquieta eſt in ſeipſam, felicitas.
f.g.† Res ipſa, ut præſtare poſſimus, efficiet, ſi polliceri properamus honeſta.
f.g.† Res magna clementia eſt, indulgendo magis corripere ſcelera, quam vindicando.
f.g.† Res optima eſt, non exſtirpare ſceleratos, ſed ſcelera. 825
f.f. Reſpicere nil conſuevit iracundia.
f.g.† Reſpue crudelitatem & matrem crudelitatis iram.
f. Res quanto eſt major, tanto eſt inſidioſior.
f.g.† Res vera eſt, qui a multis timetur, multos timet.
f.g.† Revera memoria beneficii fragilis eſt, injuriarum tenax. 830
f. Revertere unde veneris, nihil grave eſt.

f. Reus

f. Reus innocens fortunam, non teſtem, timet.
f. Rex eſſe nolim, ut eſſe crudelis velim.
f. Ridiculum eſt, odio nocentis perdere innocentiam.
f. Rivalitatem non amet victoria.
f. Rogare beneficium, ſervitus quodammodo eſt.
f. Roganti melius, quam imperanti, pareas.
f. Ruborem amico excutere, amicum eſt perdere.

f. SÆPE diſſimulare, quam vel ulciſci, ſatius
f. ſuit.
Sæpe oculi & aures vulgi ſunt teſtes mali.
f. Salutis cauſâ bene fit homini injuria.
f. Sanctiſſimum eſt meminiſſe cui te debeas.
f. Sapiens contra omnes arma fert, cum cogitat.
g. † Sapiens etſi contentus eſt ſe, tamen amicum vult habere, ſed hoc ob nihil aliud, niſi ut exerceat amicitiam, ne tam magna virtus jaceat: non ad hoc, ut dicit Epicurus, ut habeat qui ſibi aſſideat, ſuccurrat, ſed ut habeat cui aſſideat quando libet.
g. † Sapiens nihil facit quod non debet, & nihil prætermittit quod debet.
f. Sapiens, quod petitur, ubi tacet, breviter negat.
f. Sapiens ſemper quieſcendi dat locum injuriæ.
f. Satis eſt beatus qui poteſt, cum vult, mori.
f. Sat magna uſura eſt pro beneficio memoria.
f.g. † Scias, eum multis virtutibus abundare qui alienas amat.
f.g. † (Scito, quid eſt invidia: Dolor animi ex (alienis commodis.
(Scito & illud, quia nulli invidet vir bo- (nitate præditus.
g. f. Secrete amicos admone, lauda palam.
f. Secunda in paupertate fortuna, eſt fides.
f. Secundus eſt a matre nutricis dolor.

f. Se

f. Se damnat judex innocentem qui opprimit.
f. Se denegare patriæ, exſilium eſt pati.
f. Seditio civium, hoſtium eſt occaſio.
f. Semper beatam ſe putat benignitas.
f. Semper conſilium tunc deeſt cum opus maxime eſt.
f.g.† Semper diſſenſio ab alio incipiat, a te reconciliatio.
f. Se poſſe plus iratus quam poſſit, putat.
f. Semper metuendo ſapiens evitat malum.
f. Semper metuendum quicquid iraſci poteſt.
f. Semper plus metuit animus ignotum malum.
f. Semper redundat ipſe in auctores timor.
f. Senſus, non ætas, invenit ſapientiam.
f. Sero eſt, in periculis conſilium quærere.
g.† Servis imperare moderate, laus eſt. *Senec.* 1. *clem.* 8.
g.† Severitas aſſidua amittit auctoritatem.
g.† Severitatem abditam clementia in procinctu habet.
f.g.† Si bene te inſtitueris, pudeat fieri deteriorem.
f. Sibi ipſa improbitas cogit fieri injuriam.
f. Sibi ipſi dat ſupplicium quem admiſſi pœnitet.
f. Sibi primum auxilium eripere, eſt leges tollere.
f.g. (Sicut formoſa pictura eſt cujus nulla pars erat;
(Sic formoſus homo in quo nulla pars peccatis fœda eſt.
f.g.† Si in clientelam felicis hominis potentiſque veneris, aut veritas, aut amicitia perdenda eſt.
f.g.† Si invitus pares, ſervus es; ſi volens, miniſter.
f.g.† Si multis placuerit vita tua, tibi placere non poterit.

f. Si-

f. Sine dolore eſt vulnus quod ferendum eſt cum victoria.
f. Si nil velis timere, metuas omnia.
f.g.† Si non invideas, major eris: nam qui invidet, minor eſt.
f.g. (Si quis iraſcitur, & ab alio pœnas petit, a (ſe exigit:
(Si enim nos adverſus peccantes ſeveriſſime (ingerimus, & ipſi eadem committimus. 885
f. Si recte admones amicos, palam lauda.
f.g.† Si vis beatus eſſe, cogita hoc primum, contemni.
g. † Si vis amari, ama.
f. Socius fit culpæ qui nocentem ſublevat.
f. Solet eſſe in dubiis pro conſilio temeritas. 890
f. Solet hora, quod multi anni abſtulerint, reddere.
f. Solet ſequi laus, cum viam fecit labor.
f.g.† Solitudinem quærat qui vult cum innocentibus vivere.
f. Spes eſt ſalutis ubi hominem objurgat pudor.
f. Spes inopem, res avarum, mors miſerum levat. 895
f. Spina etiam grata eſt ex qua ſpectatur roſa.
f. Stultitia eſt inſectari quem diligunt.
f. Stulti timent fortunam, ſapientes ferunt.
f. Stultum eſt, alium velle ulciſci pœna ſuâ.
f. Stultum eſt queri de adverſis, ubi culpa eſt tua.
f. Stultum eſt timere quod vitare non potes. 901
f. Stultum eſt, vicinum velle ulciſci incendio.
f. Stultum facit fortuna quem vult perdere.
f. Stultum, imperare reliquis, qui neſcit ſibi. 904
f. Suadere primum benevoli eſt, dein corrigere.
g. † Succurre paupertati amicorum, imo potius occurre.
f. Suis qui neſcit parcere, inimicis favet.

f. Sum-

f. Summiſſum imperium non tenet vires ſuas.
f.g.† Sunt multi qui plurimum verbis, non re, contendunt: ſed ipſa quæ ſpernunt, clam furantur.
f.g.† Sunt quorum corpus innoxium eſt: ſed in mille Fannorum Furias mens cita decurrit.
f. Suſpecta ſemper ornamenta ementibus. 911
f. Suſpicio ſibi ipſa rivales parit.
f. Suum ſequitur lumen ſemper innocentia.

f.g. TACERE quiſquis neſcit, hic neſcit loqui. Taciturnitas ſtulto homini pro ſapientia eſt. 915
f.g.† Talem diligentiam exhibe in amicis comparandis, ne incipias amare quem deinceps poſſis odiſſe.
f. Tam deeſt avaro quod habet, quam quod non habet.
g.† Tamdiu a periculo aberit populus, quamdiu ſciet ferre frenos.
g. Tam omnibus ignoſcere, quam nulli, eſt crudelitas.
g.† Tene ſemper vocis & ſilentii temperamentum: tamen & in hoc incumbe ut libentius audias, quam loquaris. 920
f. Theſaurum in ſepulchro ponit qui ſenem hæredem facit.
Timidus vocat ſe cautum, parcum ſordidus.
f.g. Tolerabilior eſt qui mori jubet, quam qui, male vivere.
f.g. Tolerabilior pœna eſt non poſſe, quam neſcire, vivere.
f.g. Triſtitiam, ſi potes, cave ne admiſeris. 925
f.g. Turbæ præbet ſpectaculum æger animus.
(Turpia ne dixeris: paulatim enim pudor
f.g.† (per verba diſcutitur.

(Tran-

(Transibit sermo in affectum, si honesta lo-
(quamur.
f. Turpis inopia est quæ nascitur de gloria.
f.g.† Turpius nihil est, quam cum eo bellum gerere cum quo familiariter vixeris.
f.g.† Tu primum exhibe te bonum, & sic quæras alterum similem tui.
f.g.† Tutissima res est nihil timere præter Deum.
g.† Tyrannus a rege distat factis, non nomine. *Sen. 1. clem. c. 13.*

f. UBI cœpit divitem pauper imitari, perit.
f. Ubicunque pudor est, semper ibi sancta est fides.
g.† Ubi discrimen inter bonos malosque sublatum est, confusio sequitur & vitiorum eruptio.
f. Ubi fata peccant, hominum consilia excidunt.
f. Ubi innocens formidat, judicem damnat.
f. Ubi omnis vitæ metus est, mors est optima.
f. Ubi peccat ætas major, male discit minor.
f. Ubi sis cum tuis, & absis, patriam desideres.
f. Ubi timetur, nil quod timeatur, nascitur.
g.† Ubi usitata remedia non procedunt, tenta contraria.
f. Velox consilium sequitur pœnitentia.
g. Venia est, pœnæ debitæ remissio.
f.g.† Verba rebus, non personis, accipienda sunt.
f. Verbum omne, refert, in quam partem intelligas.
f. Verum est quod pro salute sit mendacium.
f.g.† Verum non dicimus, nec audimus.
f.f. Veterem ferendo injuriam, invitas novam.
(Vide, si malus adhuc es, parce similibus:
g.† (Verum si esse desiisti, quare aliis locum emen-
(dationis abscindas?
f.g.† Vir est bonus qui in tantum perduxit animum

mum ſuum ut non modo nolit peccare, ſed etiam non poſſit.

f.g.† Vires tuas amici beneficiis, inimici injuriis ſentiant.

f. Viri boni eſt neſcire facere injuriam.

f.g.† Viriliter feras quæ neceſſe eſt: doloribus enim patientia vincitur.

f. Virum bonum natura, non ordo, facit.

f.g.† Virtutem cujus progreſſum videris, non exitum ejus deſperes.

f. Virtute quod non poſſis, blanditia auferas.

f. Virtuti amorem nemo honeſte denegat.

f. Virtuti melius, quam fortunæ, creditur.

f. Virtutis ſpolia cum videt, gaudet labor.

f. Virtutis vulnus partem habet victoriæ.

f.g.† Vis habere honorem? dabo tibi magnum imperium: Impera tibi.

f.g.† Vis omnibus eſſe notus? prius effice ut neminem noveris.

f.g.† Vita omnis brevis eſt, ideo immortalitas eſt mors honeſta.

f. Vitium fuit, nunc mos eſt, aſſentatio.

f.g. Vix quiſquam in bonum, niſi ex malo, tranſit.

f.g. Ulcera animi ſananda magis, quam corporis.

f. Unus dies pœnam affert quam multi cogitant.

g.† Volunt homines ita præceptum eſſe ut vivunt: non ita vivere ut præceptum.

f. Voluptas a difficili data dulciſſima eſt.

f.† Voluptas non pudicum corpus facit.

f. Voluptas tacita metus eſt magis, quam gaudium.

f.g.† Ut aliquid auri extrahamus, terras pervertimus: ut ſummum bonum occupemus, ſcrutari pectus piget.

g.† Utendum eſt divitiis, & non abutendum, ut

ut nec a ſuperioribus contemnaris, nec ab inferioribus timearis.

g. † Ut fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu: ſic animadverſiones magnarum poteſtatum terrent latius, quam nocent.

f.g. † Utilis eductio & diſciplina mores facit: unde bona conſuetudo excutere debet quod mala inſtruxit.

g. † Utinam ea lex homini eſſet ut cum telo ſuo frangeretur, nec ſæpius liceret nocere, quam ſemel! *Senec. 1. clem. c. 19.*

f. Utrumque caſum aſpicere debet qui imperat.

f. Vultu, an natura, ſis ſapiens, multum intereſt. 981

IN PUBLII SYRI MIMOS

NOTÆ ET VARIÆ LECTIONES.

VERSU 1. Hoc erat initium in editione Godofredi, quî plurima ſimilia habet minime Publiana, quæ neſcio quis, male de Syro meritus, intruſit. Ego nihil ex ulla editione ejeci, ſed quæ mihi ejicienda videbantur, moneo per hoc ſignum †. Certum eſt hanc ſententiam e Seneca tranſumtam eſſe, & quidem vitioſe, qui lib. I. de clementia cap. 1. ita incipit: *Duabus de cauſis punire princeps ſolet, ſi aut ſe vindicat, aut alium.*

2. *A morte ſemper homines tantundem abſumus.* Dupliciter hic verſus intelligi poteſt. Primo, ut is qui Mimum hunc pronunciavit, geſtu adjuverit, & oſtenderit verius ſenſum, quam dixerit. Quemadmodum illud: *Digitis a morte remotus Quatuor aut ſeptem.* Secundo, ſenſus is poteſt eſſe, quem & Seneca eleganter alio modo expreſſit, de remed. fortuitorum: *Undecunque ad inferos una via eſt.*

3. ſ. *Ab alio exſpectes, alteri quod feceris.* Citat hunc Publianum Mimum Seneca lib. 14. epiſt. 95. *Quis autem negaverit feriri quibuſdam præceptis efficaciter etiam imperitiſſimos? velut his breviſſimis verſibus*: Nihil nimis. Avarus animus nullo ſatiatur lucro. Ab alio exſpectes, alteri quod feceris. *Hæc cum ictu quodam audimus, nec ulli licet dubitare, aut interrogare, Quare? Adeo etiam ſine ratione ipſa veritas ducit.*

4. Friſingenſis codex legit: *Ab amante lacrymis redimes iracundiam.*

5. Hanc ſententiam, minime Publianam, ita corre-

correxi; nam g. legit: *A quocumque deſcenderis.* Eſt Sen. 1. de clem. c. 8.

V. 9. *Ad pœnitendum properat, cito qui judicat.* Quod hic de præpropero judicio, id Græcus quidam de nuptiis: Γαμεῖν ὁ μέλλων εἰς μετάνοιαν ἔρχεται.

10. f. & h. *ad triſtem partem ſtrenua ſuſpicio.*

11. Simile quid de Othone Imp. *Uxoris mœchus cæperat eſſe ſuæ.*

12. *Æs debitorem leve, grave inimicum facit* Ita enim corrigo, ſecutus Senecam, qui lib. 1 epiſt. 19. *Leve æs alienum debitorem facit, grave inimicum.* Ubi Seneca ſine dubio meminit Publiani hujus Mimi, ſi tamen non ex hac ipſa ſententia Senecæ pro Publiano concinnatus eſt. Scaliger legit: *Æs debitorem leve, grave inimicum facit.*

14 Sequor hic lectionem m. f. f. Nam g. & h. ſic legunt: *Aleator quanto in arte eſt melior, tanto eſt nequior.* Scaliger: *Aleator quantum in aleæ arte eſt, tanto eſt nequior.* ut ſit Trochaicus.

15. f. & g. h. *Alienum nobis, noſtrum plus aliis placet.*

16. Retineo hic lectionem ſ. Exprimit hunc Mimum vetus Græcus verſus: τὰ ἀλλότρια ἀνδρὶ τοῦ ἐλευθέρου πικρά. m. ſ. Friſingenſis ita habet: *Alienum homini ingenuo acerba eſt ſervitus.* g. & h. *Aliena homini ingenuo acerba eſt ſervitus.*

17. Citatur a Seneca lib. 1. epiſt. 8. *Quantum diſertiſſimorum verſuum inter Mimos jacet! quam multa Publii non excalceatis, ſed cothurnatis dicenda ſunt! Unum ejus verſum, qui ad philoſophiam pertinet, & ad hanc partem quæ modo fuit in manibus, referam, quo negat fortuita in noſtro habenda:*

Alienum eſt omne quicquid optando venit.

Hunc verſum a te dici non paulo melius, ſed aſtrictius, memini:

Non eſt tuum, fortuna quod fecit tuum.

V. 23. f. vitioſe: *Amare & ſapere vix a Deo conceditur.*

31. g. & h. bono quidem, ſed alio ſenſu: *Amici vitia ſi feras, facis tua.*

32. Libellus ille de moribus, quem Martino Epiſcopo Dumienſi, qui vixit anno D. LX. adſcribunt: *Amicos ſecundæ res parant, adverſæ certiſſime probant.*

36. f. tranſponit: *Animi arbitrio amor ſumitur, non ponitur.*

37. Sequor hic f. noſter m. f. f. ita legit: *Amor extorqueri non poteſt, ſed elabi poteſt.* g. & h. omittunt *ſed.*

41. g. *Amor otioſæ cura eſt ſolicitudinis.*

47. f. *tuta ingredi.* h. *tuto aggredi.*

51. Martinus libro de moribus: *Acuit intenſio, frangit animum remiſſio.*

53. h. *Aſpicere oportet quæ poſſis deperdere.* m. f. f. vitioſe: *Aſpicere oportet quid poſſis perdere.* Neque improbo lectionem f. *Deſpicere oportet quod poſſis deperdere.* Quem verſum dabo in littera D.

54. Secutus ſum m. f. f. ubi claris litteris legitur, ſed ſanandus eſt verſus. Godofredus: *Aſtute crines dum celantur, ætas inditatur.* Et illico ſubjungit lectionem aliam, quam e veſtigiis m. f. codicis eruit: *Aſtuta canos, dum celantur, ætas indicat.* At mox corrigit ita: *Aſtu canos dum celant, ætas indicat.* Neque hic quieſcit, & ultimo ſic tentat: *Aſtute dum celatur, ſe ætas indicat*; quam ultimam lectionem Henricus Stephanus ſequitur; eam tamen conjectura non infelici ita corrigit:

Aſtu crimen celatur, ætas indicat.

Scaliger hoc modo habet:

Ætas cinædum celat, ætas indicat.

Facile ex his prudens ſibi eliget optimam lectionem.

V. 60. f.

V. 60. ſ. *Avarus, niſi cum moritur, nil rectum facit.*

62. De hoc verſu vide infra in littera D. verſu 165. quæ notamus ex Seneca.

64. m. ſ. codex Friſingenſis vitioſe: *nihil eſt teſtium.*

B.

67. ſ. vitioſe habet: *B. c. ſic excedunt, non occidunt.*

70. ita clare m. ſ. f. & g. licet ſ. aliter: *B. p. accepit q. ſ. r.*

71. ſ. tranſponit. *B. a. l. vendere eſt.*

72. ita citatur etiam a Gellio lib. 17. cap. 14. & Macrobio 2. Saturn. cap. 7. licet m. ſ. Friſingenſis aliter habeat: *Beneficium dando, accipit qui digno dedit.*

73. g. *Beneficia d. u. das. o. obligas.*

76. g. *Beneficia dare qui neſcit, i. p. H. Beneficium dare qui n. i. p.*

77. g. *Beneficia ſe dediſſe qui d. p.*

80. Ita omnino legendum ex g. & ſ. nam m. ſ. f. vitioſe habuit: *B. p. n. judicium qui dat n.*

82. Ita legit ſ. g. h. licet ſ. in littera C. ſic habeat: *Conjunctio animi, maxima eſt cognatio.*

84. g. *excogitat.*

85. Ita omnino legendum cum ſ. nam f. & g. male: *Bis enim mori eſt.*

86. g. & h. *B. e. g. q. o. e. ultro ſi offeras.* ſ. *B. e. g. q. o. e. ſi ultro offeras.*

88. f. *peccato.*

89. Ita lego cum g. & ſ. nam ſ. perperam tranſpoſuit: *Bis v. q. ſe in victoria vincit.*

93. ſ. *Bona imperanti pecunia eſt.*

95. ſ. *Bona nemini hora eſt, ut non alicui mala.*

96. h. *homini.*

98. In g. & ſ. abeſt *nimia.*

99. ſ. *indicat.*

101. Martinus lib. de moribus corrupte hunc

Mimiambum citat: *Bonis nocet qui malis parcit.*

V. 102. g. h. & f. *B. v. i. major malitia eſt.*

105. Ita f. & ſ. nec opus corrigere, cum g. & h. *Bonum apud virum.*

108. ſ. ita legit: *Bonum quidem ſupprimitur, nequaquam extinguitur.* g. vero hoc modo: *Bonum tametſi ſupprimitur, non extinguitur.*

109. g. & ſ. tranſponunt verba: *Bonus animus læſus, gravius multo iraſcitur.*

110. g. *commodat.*

112. g. & ſ. longe alio ſenſu: *Brevis mens ipſa eſt memoria iracundiæ.*

C.

115. Sequor m. ſ. ſ. qui longe nitidius, quam ſ. editio, quæ ſic: *C. p. etiam qui tutus cavet.*

128. Eſt ſententia Senecæ depromta ex lib. 1. de clementia cap. 5.

130. Citatur a Gellio lib. 17. cap. 14. & Macrob. 2. Saturn. lib. 7.

131. Ita g. & ſ. licet g. in littera B. etiam addat hos duos Mimos: *Benevolus animus maxima eſt cognatio.* & hunc: *Benevoli conjunctio animi, maxima eſt cognatio.*

136. ita corrigo ex m. ſ. ſ. ubi ſic legitur: *Conſueta vitia ferri non reprehendimus.* ſ. ita legit: *Conſueta vitia ferimus, non reprehendimus.* Godofredus vero hoc modo: *Conſueta vitia ferimus, niſi reprehendimus.*

138. g. & h. *C. e. levius q. ſ. p.* ſ. vero ita legit: *C. gravius eſt ſtultitiæ, q. percuti.*

141. Sequor hic g. nam m. ſ. ſ. ita habet: *Contumeliam nec fortis poteſt, nec ingenuus pati.* Neque longe ab hac lectione abeſt h. ſ. qui ita legit: *Contumeliam non fortis pote, nec ingenuus pati*, ut ſit Trochaicus verſus.

V. 143.

V. 143. Sequor hic g. nam m. ſ. f. ita habet: *Quotidie eſt deterior dies poſterior.*

151. ſ. tranſpoſitione variat. C. *o. b. d. populi poſſidet b.*

152. Citatur a Gellio lib. 17. cap. 14. & Macrob. 2. Saturn. cap. 7.

153. g. *Cui ſæpe dederis, ubi negas, rapere imperas.*

154. ſ. tranſponit ita: *Cuivis accidere poteſt quod cuiquam poteſt.* At ego ſequor g. præſertim cum & Seneca ſic citet lib. 1. de tranquil. cap. 11. *Nunquam me in bona re mali pudebit authoris. Publius tragicis comiciſque vehementior ingeniis, quoties mimicas ineptias, & verba ad ſummam caveam ſpectantia reliquit! inter multa alia cothurno, non tantum ſipariis, fortiora, & hoc ait:*

Cuivis poteſt accidere quod cuiquam poteſt.

Noſter vero codex m. ſ. f. ſic habet: *Cunctis poteſt a. q. cuivis p.*

156. g. *Cujus mortem exſpectant cives, vitam oderunt.* h. *Cujus mortem amici exſpectant, vitam oderunt.* Noſter vero m. ſ. f. ſic legit: *Cujus mortem amici exſpectant, vitam cives oderunt.*

159. g. & h. *in gratiam cito redit.*

D.

161. ſ. vitioſe: *Damna ne objurgare, cum auxilio eſt opus.*

162. Ita ex conjectura reſtituo; nam m. ſ. f. vitioſe habet: *Damnat lingua, vocem habet; vim non habet.*

163. *Damnum appellandum eſt cum mala fama lucrum.* Feliciter idem, verſus Græcorum:

Κέρδος ἀσπὸν ζημίαν ἀεὶ φέρει.

165. Godofredus legit: *Dari bonum, quod potuit*

tuit auferri, poteſt. Scaliger vero ita hunc verſum in littera A reddit: *Auferri & illud quod dari potuit, poteſt*. Sed ne quæramus quis germanam lectionem attigerit Publii, cum hic verſus non ſit Publianus. Nam Lucilius ad imitationem Publiani Mimiambi hunc fecit, teſte Seneca lib. I. epiſt. 8. *Quam multa Publii non excalceatis, ſed cothurnatis, dicenda ſunt! Unum ejus verſum, qui ad philoſophiam pertinet, & ad hanc partem quæ modo fuit in manibus, referam, quo negat, fortuita in noſtro habenda:*

Alienum eſt omne quidquid optando venit.

Hunc verſum a te dici non paulo melius, ſed aſtrictius, memini:

Non eſt tuum, fortuna quod fecit tuum.

Illud etiamnum melius dictum a te non præteribo:

Dari bonum quod potuit, auferri poteſt.

Hoc non imputo in ſolutum, de tuo tibi. Vale. Hæc Seneca.

V. 166. Sequor hic lectionem ſ. nam noſter m. ſ. ſ. ita habet: *Dediſcere flere fœmina eſt mendacium*. Godofredus: *Dediſcere flere fœminam eſt mendacium*.

167. Et hic ſequor lectionem ſ. nam alii alio bono ſenſu: *De inimico loquare male, ſi cogites*.

168. Repono hic ex conjectura, *Diſcitur*, nam m. ſ. ſ. 1. habet, *Dicitur*.

170. Sequor hic lectionem g. & ſ. Noſter m. ſ. ſ. ita legit *Deliberandum eſt ſæpe quicquid ſtatuendum eſt ſemel*.

173. *Deos reddere credo, cum felix vocet*. Hanc lectionem jam retineo, licet fuerim in illa opinione aliquando ut corrigerem: *Deos reddere credo, cum felices vocet;* ſed retineo priorem, non quod placeat, ſed quod m. ſ. Friſingenſis ita aperte habeat, nec ego habeam quam ſubſtituam certam & germanam.

V. 174.

V. 174. Vide quæ notavimus in littera A, ad verſum 53.

175. Citatur a Seneca lib. 19. Epiſt. 109. *Non vides, quemadmodum theatra conſonent, quoties aliqua dicta ſunt, quæ publice agnoſcimus, & conſenſu vera eſſe teſtamur?*

Deſunt inopiæ multa, avaritiæ omnia.

In nullum avarus bonus eſt, in ſe peſſimus.

Ad hos verſus ille ſordidiſſimus plaudit, & vitiis ſuis fieri convicium gaudet. Hæc Seneca.

176. Citat Seneca l. 7. controverſ. 3. *Apud eum melius erant dicta, quam apud quemquam comicum tragicumque aut Romanum, aut Græcum; ut illum verſum quo, ajebat, unum verſum inveniri non poſſe meliorem:*

Tam deeſt avaro quod habet, quam quod non habet.

& illud de eadem re dictum:

Deſunt luxuriæ multa, avaritiæ omnia.

117. g. & h. *Dives quod donat, timeas; cito raptum venit.* Ego lego cum m. ſ. f. *Dies.*

185. g. ita legit: *D. maledicta cuncta c. i. h. d.* & eſt Trochaicus. ſ. *Omne dixeris maledictum, quum ingratum hominem dixeris.* quem verſum in littera O. repeto. h. *Dixeris maledictum, quum i. h. d.*

190. ſ. ita habet: *Dum eſt vita grata, mortis eſt conditio optima.* Ab hac mente eſt, quod ait Seneca de remed. fort. *Optimum eſt mori, cum juvat vivere.* Et ibidem: *Optimum eſt, antequam optes, mori.* Propterea dixit Martialis:

Rebus in anguſtis facile eſt contemnere vitam:
Fortiter ille facit qui miſer eſſe poteſt.

195. Martinus lib. de moribus iiſdem verbis citat.

211. g. *Etiam peccator p. f.* noſter vero m. ſ. Friſing. ita: *Et tamen huic peccato recte p. f.*

212. ſ. *quid ſit.*

213. ſ. *Et qui faciunt o. i.* g. & ita legit: *Et-*

iam qui faciunt, odio habent injuriam.

V. 216. *Et miſeriarum portus eſt patientia.* Aliter vetus Græcorum verſus : λιμὴν ἀτυχίας ἐστὶν ἀνθρώποις τέχνη.

218. f. *Excelſus multo facilius caſus nocet.* Idem antea Appollodorus Comicus extulerat ὀῖκα ϗ μεγάλα κτῶμα γίνεται μέγα.

221. f. *Ex hominum quæſtu facta eſt fortuna dea.*

222. f. *E. pati eſt, patriæ qui ſe denegat.* Henricus Stephanus ſic legit : *Se denegare patriæ, exſilium eſt pati.*

228. Sequor hic lectionem f. ut ſit Trochaicus ; nam m. f. f. ita habet vitioſe : *Exſuli ubi nuſquam domus eſt, ſine ſepulchro eſt mortuus.* g. ita legit : *Exſuli ubi nuſquam domus eſt, ſine ſepulchro eſt tanquam mortuus.* h. *Cui nuſquam domus eſt, ſine ſepulchro eſt mortuus.*

F.

230. Et hic ſcire aveo, quis fundus Scaligero fuerit in Publianis Mimis ; e quibus ſi hic eſt, Seneca illo uſus eſt, ſed aliter, Epiſt. 102. *Facilius creſcit dignitas, quam incipit.*

232. h. *Fortuna quam n. v.*

233. ita f. ſed puto, hunc verſum effictum ex illo qui eſt in noſtro m. f. f. hoc modo : *Ictum tacentem crimen facias acrius*, quem damus in littera I.

235. f. *Fatetur f. is q. i. facit.*

238. f. *Feras difficilia, ut facilia levius perferas.* g. *Fer difficilia, facilia ut levius perferas.* h. *Fer d. ut facilia l. p.*

239. Ita citatur a Gellio lib. 17. cap. 14. Friſingenſis m. f. & Macrobius 2. Saturnal. c. 7. *Feras non culpes, quod mutari non poteſt.*

V. 240.

V. 240. In f. vitioſe ita legitur: *Feras quod lædit, ut quod prodeſt, feras*. Godofredus ita habet: *Feras, quod lædit, ut quod prodeſt, perferas*.

241. *Fiƈta cito ad naturam reciderint ſuam*, prima producta ἀρχαϊκῶς in *Reciderint*, ut Lucretio *Reducere* & ſimilia. Vid. Sen. l. clem. 1.

242. g. & f. *Fidem nemo unquam perdit, niſi qui non habet*.

243. f. & h. *Fidem qui perdit, nil poteſt ultra perdere*.

245. f. *Fidem qui perdit, quo ſe ſervet, non eſt relictum*. f. ita legit: *Fidem qui perdit, quo ſervet ſe in reliquum?* h. *F. q. p. q. ſe ſervet in reliquum?*

246. Ita cum g. lego hunc verſum; nam f. ita legit: *Fides unanima, unde abit, nunquam redit*. f. vero hoc modo: *Fides unanima, unde abiit, eo nunquam redit*. h. *Fides, ut anima, unde abiit, nunquam redit*.

247. Sequor hic lectionem f. Godofredus vero & h. ita habent: *Fœminarum naturam regere, deſperare eſt omnium*. Noſter m. f. f. *Fœminæ naturam regere, deſperare otium eſt*.

249. Friſingenſis codex plane contrario ſenſu: *Fortuna hominis plus quam conſilium valet*; ſed legendum forte: *Fortuna nemini plus*.

252. f. *Fortunam citius vel rapias, quam retineas*.

259. Secutus ſum hic noſtrum m. f. Friſingenſem. Scaliger notat, hunc verſum mutilum eſſe hoc modo:

Fortuna unde aliquid fregit, quaſſum eſt ... Godofredus: *Fortuna, unde aliquid fregit, caſus eſt*.

260. Hic verſus vel ex Seneca pro Publiano Mimo concinnatus eſt, vel ad Publianum Mimum reſpexit, Seneca lib. 10. Epiſt. 73. cum ait: *Nihil dat fortuna mancipio*.

262. Sequor f. lectionem; nam g. ita habet:

Fre-

Frequens vindicta, paucorum odium reprimit, omnium irritat.

V. 263. & 264. Omnino germana eſt hæc lectio Publiani Mimi:

Frugalitas inſerta eſt rumoris boni.

Quem citat ita Gellius lib. 16. cap. 14. Macrobius 2. Saturnal. c. 7. Inſerta, aliter, inſtita: utrumque ab eadem origine. Græce πάρυφος ἐστὶ τῆς ἐσθῆτος. Ut inſtita non eſt tota veſtis, ſed ſequela & ornamentum: ita frugalitas non omnino tota cauſa eſt rumoris boni, ſed acceſſit ornamentum illi. plane Publianæ elegantiæ ſententia. Tertull. libro de Idololatria, litteraturam ſecularem inſertam prædicationis Idololatriæ vocat. *Si fidelis*, inquit Tertull. *litteras doceat inſertas Idolorum prædicationis.* Ita recte corrigit ſ. *Cæterum*, inquit Tertullianus ibidem, *purpura, vel cætera inſignia, dignitatum inſertæ, dignitati & poteſtatibus Idololatriæ ab initio dicata.* Inſignia & purpuram vocat inſertas dignitatum, quaſi dicas ornamenta, ut eſt inſtita veſti, aut emblema annulo. Tam enim inſerta poteſt eſſe inſtita, quam emblema. Quod ſi cui, una cum ſ. & Henrici lectione de inſerta, videatur nihilominus retinendus ille alter Publianus Mimus:

Frugalitas rumoris boni miſeria eſt;

ne ille poterit multis modis eleganter illum explicare, ut ſit ſenſus: Eſſe frugalem rumor quidem bonus eſt, ſed infelix, & parum vulgo laudatus, cui profuſio magis placet. Vel: Qui laudatur frugalis, is non laudatur. Et ſic miſeria accipietur pro inopia ſeu penuria. Poteſt etiam ſic exponi: Frugalitas eſt parſimoniæ vitium, ſub honeſto laudatoque nomine.

265. g. & h. ita legit: *Fruſtra, cum ad ſenectam ventum eſt, repetas adoleſcentiam.* & eſt Trochaicus.

V. 267.

V. 267. Ita recte g. & h. nam m. ſ. ſ. habet, *flumen*; & eſt Trochaicus.

268. Citatur a Gellio l. 17. cap. 14. & Macrob. 2. cap. 7.

269. g. & h. ita legunt: *Futura pugnant, ut ſe ſuperari ſinant*; ut ſenſus ſit: Sic inſtant futura mala, ut tamen vinci vitarique poſſint.

G.

276. g. & h. ita legunt: *G. a. p. e. q. poſt factum p.* ſ. vero hoc modo: *q. poſt facti p.*

278. ſ. & ſ. *Gravior eſt inimicus qui latet in pectore.*

H.

285. ſ. & g. h. legunt *auxilia*, pro *conſilia*; & eſt Trochaicus.

289. h. *Hæredem ſcire utilius eſt quam q.*

290. ſ. ita Macrobius citat, & Gellius; licet noſter m. ſ. ſ. legat *Hæres fictus ſub perſona riſus eſt.*

292. Eſt Trochaicus. ſ. legit: *In tormentis.*

293. g. & h. *H. q. difficile eſt gloriæ cuſtodia!*

294. Eſt Trochaicus. g. ita legit: *H. q. m. e. ab illo l. d. q. n. p. q.*

295. ſ. legit: *Ubi non ſis doctus dominari.*

296. h. *Heu quam pœnitenda incurrunt homines vivendo diu!*

297. ſ. *Heu quam eſt timidus qui mori tutum putat!*

301. ſ. ita legit: *Homo extra corpus ſuum eſt, cum iraſcitur.*

302. g. & h. *Homo neſcit, ſi dolore fortunam invenit.*

303. Eſt Trochaicus.

304. Ita lego cum g. & eſt elegans Mimiambus tetrameter, qui in m. ſ. ſ. ita habetur: *Homo ſem-*

per

per in ſe aliud fert, in alterum aliud cogitat. Miror proinde, ſ. ita mutaſſe: *Homo ſemper in os fert aliud, aliud cogitat.*

V. 308. ita habet: *H. l. eſt mori bona cauſa.*

310. ſ. *Serviet.*

311. His verbis refert hanc ſententiam Martinus libro de moribus, quæ deſumta eſt ex Seneca lib. I. Epiſt. 3. *Tu vero omnia cum amico delibera, ſed de ipſo prius. Poſt amicitiam credendum eſt, ante amicitiam judicandum. Iſti vero præpoſtere officia permiſcent, qui contra præcepta Theophraſti, cum amaverint, judicant; & non amant, cum judicaverint.*

I.

315. Ita corrigo. m. ſ. f. habet, *late.*

318. g. *Jocum tacentem crimen faciat acrius.* ſ. *Factum tacendo, crimen facias acrius.*

319. ſ. *Ita agas ne quis tuopſe te merito oderit.* h. *Id agas ne quis tuo te merito oderit.* Martinus lib. de moribus: *Id agas ne quis merito te oderit.*

321. Ita corrigo. m. ſ. f. habet: *Ignoſcere hominum eſt, niſi pudet, ignoſcitur.* Alio ſenſu legit. g. & h. *Ignoſcere humanum, ubi pudet cui ignoſcitur.* ſ. ita legit: *Ignoſcere hominum eſt, ubi pudet cui ignoſcitur.*

324. His verbis refert Martinus libro de moribus hanc gnomen.

326. Eſt Trochaicus. Citatur a Gellio lib. 14. cap. 14. & Macrob. 2. Satur. cap. 7. apud quos aliqui ſic disjungunt:

--- --- *Improbe*
Neptunum accuſat qui iterum naufragium facit.

328. ſ. *Impune pecces in eum qui peccat rarior.*

329. ſ. *In amore ſemper mendax eſt iracundia.* h. *In a. ſ. m. iracundus eſt.*

V. 330.

V. 330. Ita corrigo. m. ſ. ſ. habet: *In amorem.*

335. Corrigo ita ex conjectura; nam ſ. habet: *Inertia, laboris eſt excuſatio.*

338. Noſter m. ſ. ſ. habet: *Inferior horreſcit.* ſ. *inferior reſcit quicquid peccat ſuperior*, ut ſit ſenſus, ad quem alludit Juvenalis: *Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe Crimen habet, quanto major qui peccat, habetur.*

340. g. & ſ. & h. *Iædis c. i. rogas.*

344. Martinus libro de moribus! *Inhoneſta victoria eſt, ſuos vincere. Satis eſt pœnarum potuiſſe puniri.*

349. g. & h. *In vindicando.*

353. Hunc citat Seneca lib. 14. Epiſt. 95. *Nunquid rationem exiges, cum tibi aliquis hos dixerit verſus?* Injuriarum remedium eſt oblivio. Audentes fortuna juvat. Piger ſibi ipſi obſtat.

354. g. & h. *In malis ſperare bonum, n. i. n. ſ.* & eſt Trochaicus.

355. h. *In miſeri vitia nulla contumelia eſt.*

357. Ita etiam citat hunc verſum Seneca lib. 19. Epiſt. 109. licet noſter m. ſ. ſ. habeat: *In nullo.*

358. ſ. *Inopiæ deſunt parva, a. o.* h. *Inopiæ pauca deſunt.* Vide quæ de hoc notamus in littera D. verſu 175. *To, parva*, pro *pauca*, eſt Helleniſmus, παῦρα.

360. ſ. g. ſ. *plurima.*

368. g. ita legit: *Invidia loquitur, non quod eſt, ſed quod ſubeſt.* ſ. vero hoc modo: *Invidia loquitur id quod obeſt, non quod ſubeſt.*

369. ſ. *Invidiam ferre an fortis, an felix poteſt?*

371. g. & h. vitioſe: *Sed minute iraſcitur.*

372. ſ. legit: *In ſe vitat culpam qui peccatum præterit.*

374. ſ. *ineites.*

376. Ita legit ſ. & eſt Trochaicus. Sed eſt con-

confectus hic verſus, ni fallor, ex verſu 32. quem vide, & ejus variam lectionem.

V. 376. Ita ſ. & g. eſt Trochaicus. Noſter m. ſ. f. invertit ita: *Iracundiam qui vincit, maximum ſuperat hoſtem.*

381. Ita g. & ſ. & eſt Trochaicus. m. ſ. f. ita habet: *Irritare eſt calamitatem, cum te vocaveris felicem.*

382. ſ. *Is minimum eget qui minimum cupit.* Sed omnino corrigendus eſt ex Seneca lib. 19. Epiſt. 109. *Præcipitur, ut homines in animo, non in patrimonio, putent eſſe divitias. Eum eſſe locupletem qui paupertati ſuæ aptus eſt, & parvo ſe divitem fecit. Magis tamen feriuntur animi, cum carmine ejuſmodi dicta ſunt:*

Is minimo eget mortalis qui minimum cupit.
Quod vult, habet, qui velle quod ſatis eſt, poteſt.

383. ſ. *Ita credas amico.*

384. Ita citat hunc Mimum Gellius lib. 17. c. 14. Aliter ſ. *Ita habeas amicum, poſſe ut fieri inimicum putes.* ut ſit Trochaicus. Aliter etiam ſ. *Ita amicum habeas, poſſe ut facile fieri putes hunc inimicum.* Macrobius, Saturnal. c. 7. ita citat: *Ita amicum habeas, poſſe ut fieri inimicum putes.*

L.

395. h. *Laus ubi nova oritur, etiam vetus admittitur.*

399. g. & h. *Lex univerſi.* ſ. *Lex univerſa, quæ jubet n. & m.*

401. g. & ſ. *Sub vultu domat.* Retineo tamen lectionem m. ſ. f. ut ſit ſenſus, quem etiam Seneca bene expreſſit lib. 1. de ira cap. 1. *Nec ignoro, cæteros quoque affectus vix occultari, libidinem, metumque*

que & audaciam dare ſui ſigna, & poſſe prænoſci. Neque enim ulla vehementior intra cogitatio eſt quæ nihil moveat in vultu.

V. 402. g. *Libido indicium eſt, quo levitas ſapit.* f. vero ſic: *Libido indicium eſt ejus quod levitas ſapit.*

408. Hic verſus jam poſitus eſt in littera D. & eſt numero 175.

M.

409. f. *Magis fidus hæres naſcitur, quam ſcribitur.*

412. Videtur hic ſumtus ex illo Mimiambo Publii: *Injuriarum remedium oblivio eſt.* de quo in littera I.

413. Videtur ex Seneca deſumta ſententia, qui ait lib. 2. de ira cap. 32. *Magni animi eſt, injurias deſpicere.*

414. Eſt Trochaicus.

417. f. *datore.* h. *doctrina.*

419. f. *Mala eſt voluntas ad alienum conſueſcere.*

432. g. *Malignum.*

433. Eſt ſententia ex Seneca l. de remed. fortuitorum, de qua notavimus in littera O. v. 608.

436. f. *Malo conſilio.*

443. f. & h. *Malus ubi bonum ſe ſ. t. e. p.*

444. h. & f. *M. e. u. q. ſua cauſa eſt b.*

462. g. & f. faciunt Trochaicum: *Miſeriam neſcire propriam, eſt ſine periclo vivere.*

469. f. *Miſerum eſt agere cogi, quod cupias loqui.*

474. f. *Invoces.*

478. Ita corrigo; nam in m. f. ſic erant tranſpoſita: *Mortem ubi contemnas, metus viceris omnes.*

479. Eſt Trochaicus. f. & g. ita legunt: *Mortuo qui mittit munus, nihil dat illi, ſibi adimit.*

V. 480.

V. 480. Eſt ſententia Senecæ ex lib. 1. de clementia.

482. ſ. *Mulier quæ.*

485. f. habet vitioſe: *Qui vi facit injuria.* ſ. ita legit: *Multis minatur qui facit uni injuriam.* h. *M. m. qui uni facit injuriam.*

491. f. *m. ſ. b.* *cum irritatur injuria.* g. & h. *irritet injuria.*

N.

492. Martino adſcriptus libellus de moribus hanc ſententiam ita refert: *Etſi nullos inimicos tibi facies injuria, multos tamen facit invidia.* Godofredus ſic legit: *Nam ſi nullos inimicos tibi parit injuria, multos tamen invidia.*

494. Ita ex conjectura reſtituo hunc Mimiambum, qui in m. ſ. f. perperam erat ſic tranſpoſitus: *Neceſſe eſt minima eſse maximorum vitia.*

495. Scaliger inepte hunc pro Publiano Mimiambo vendicat, cum ſit Laberianus, ſimilis quidem illi Publiano, quem ante dedimus:

Multos timere debet, quem multi timent.

Seneca lib. 2. de ira c. 11. magnifice illum Laberii Mimum laudat his verbis: *Occurrat hoc loco tibi Laberianus ille verſus qui medio civili bello in theatro dictus, totum in ſe populum non aliter convertit, quam ſi miſsa eſset vox publici affectus:*

Neceſse eſt multos timeat, quem multi timent. Ita natura conſtituit, ut quod alieno metu magnum eſt, a ſuo non vacet. Macrob. 2. Saturn. cap. 7. agens de Laberii mordacibus Mimis in Cæſarem jactatis, etiam hunc numerat: *In ipſa quoque actione, ſubinde ſe, qua poterat, ulciſcebatur, inducto habitu Syri, qui velut flagris cæſus, proripientique ſe ſimilis exclamabat:*

Porro

Porro, Quirites! Libertatem perdimus.
Et paulo poſt adjecit:

Neceſſe eſt multos timeat, quem multi timent. *Quo dicto univerſitas populi ad ſolum Cæſarem oculos & ora convertit, notantes impotentiam ejus hac dicacitate lapidatam. Ob hæc in Publium vertit favorem.*

V. 511. Codex m. f. f. *Negat ſibi qui quod difficile eſt, petit.*

512. Martinus lib. de moribus: *Neminem laudaveris; neminem cito accuſaveris; ſemper puta, te cum diis teſtimonium dicere.*

546. f. *Pœna ſui eſt.* Martinus lib. de moribus: *Nequitia ipſa hei pœna eſt. Mala conſcientia ſæpe tuta eſt, ſecura nunquam.*

517. Eſt Trochaicus. Henricus Stephanus ita legit: *Neſcis quid optes, aut quid fugias: ita ludit dies.*

519. & 520. Martinus lib. de moribus: *Nihil petas quod negaturus fuiſti. Nil negabis quod petiturus fuiſti.*

523. *Nil agere ſemper infelici eſt optimum.* Quod hic de infelice dictum, verſiculus Græcus de peregrino extulit:

Ξένος ὢν ἀπ' ἀγμων ἴσθι, κ̀ πράξεις καλῶς.

527. Hæc ſententia reperitur in libello toties jam citato, de moribus, quem Godofredus cum Seneca edidit, & Martino Epiſcopo adſcribit, ubi Gnomologia eſt ex Seneca, & Mimis, & Pythagoræ aliorumque dictis.

533. Ita ex conjectura corrigo; nam m. f. f. vitioſe habet: *Nihil non acerbum prius quam maturum ſit.*

534. h. & f. *Nil proprium ducas quod mutarier poteſt.* g. *Nil proprium ducas, quod mutari poſſit.*

535. Ita ex conjectura conſtituo hunc Mimum; nam m. f. f. ſic habet: *Nihil tempore ducas pro ſalutis remedio.* *Tempore* enim lego, cum ſit per

compendium dictionis, *tpe*. Quod moneo ideo, quia occasio forte erit germanæ lectioni eruendæ.

V. 536. *Nil turpius quam vivere incipiens senex*. Eleganter ab hac mente Seneca lib. 3. Epist. 23. *Possum enim vocem tibi Epicuri tui reddere, & hanc Epistolam liberare*: Molestum est, semper vitam inchoare. *Aut si hoc modo magis sensus potest exprimi*: Male vivunt qui semper vivere incipiunt. *Quare? inquis; desiderat enim explanationem ista vox. Quia semper illis imperfecta vita est. Non potest autem stare paratus ad mortem qui modo incipit vivere. Id agendum est, ut satis vixerimus. Nemo hoc putat qui orditur cum maxime vitam. Non est quod existimes, paucos esse hos; propemodum omnes sunt. Quidam vivere nunc incipiunt, cum desinendum est. Si hoc judicas mirum, adjiciam quod magis mireris: Quidam ante vivere desierunt, quam inciperent.*

538. *Nimium altercando veritas amittitur*. Ita etiam citatur a Gellio lib. 17. c. 14. & Macrob. 2. Saturn. c. 7. Noster m. s. f. legit: *veritas evertitur*.

539. Ita ex conjectura corrigo hunc Mimum; nam s. vitiose: *Nimirum est in morte boni, cum nihil sit mali*.

550. Ita legunt g. & Martin. lib. de moribus. Noster m. s. f. transponit: *Non vivas aliter in solitudine, aliter in foro*.

551. m. s. f. ita legit:

Non aspicias quam plenas quisque Deo manus,
Notes sed quam puras admoveat.
Non aliter pulcherrimus Dei cultus est animus,
Nisi fuerit optimus.

Martinus lib. de moribus ultimam hanc sententiam solam inferit suæ Gnomologiæ his verbis: *Optimus ergo animus & pulcherrimus Dei cultor est*. Latet autem hic elegans Mimiambus Publii, quem in littera P. reddemus.

Puras

Puras Deus, non plenas, aſpicit manus.

ex quo neſcio quis male feriatus ineptias illas concinnavit.

V. 552. *Non cito ruina perit is quis rimam timet.* ita omnino legendum eſt. Sunt qui elegantiſſimam ſententiam ita corruperunt: *Non cito ruina cadit vir qui ruinam timet.* Godofredus hoc modo legit: *Non cito perit ruina qui ruinam timet.* Codex Friſing. & h. ſic habet: *Non cito ruina perit qui ruinam timet.*

554. Martin. l. de moribus: *Nondum es felix, ſi te turba non deriſerit.*

556. ſ. *Non eſt pudica domus quæ multos recipit amicos.* Martin. lib. de moribus: *Nulla eſt puſilla domus quæ multos amicos capit.*

557. Propter hunc & ſimiles multos verſus, à-vent pariter mecum multi ſcire, quis fundus fuerit Scaligero in editione Publianorum Mimorum. Nam ſi hic Publianus eſt, Seneca illum in memoria habuit, cum ſcripſit Epiſtola 101. *Sed non ſtatim puſillum eſt, ſi quid maximo minus eſt.* Quid ſi quis ex hac ſententia Senecæ verſum concinnârit, quem pro Publiano ſuppoſuerit?

Non eſt puſillum, ſi quid maximo eſt minus.

559. Hic non eſt verſus Publii, ſed Lucilii, ad imitationem Publiani Mimi factus, teſte Seneca lib. I. Epiſt. 8. Locum ejus dedimus ſupra ad v. 165.

562. Hæc ſententia Senecæ eſt libro de ira.

564. ſ. *Non poteſt non ſapere qui ſe ſtultum intelligit.*

565. Citat hunc Mimiambum, licet corrupte, Martin. l. de moribus.

568. Elegans Trochaicus, quem ſ. ita legit: *Nulla tam bona eſt fortuna, de qua non poſſis queri.*

574. Et hunc elegantem Mimum corrupte citat Martinus lib. de moribus: *Nullum putaveris locum*

ſine teſte, licet & in m. ſ. ſ. ſint perperam tranſpoſitæ voces, hoc modo: *Nullum putaveris eſſe locum ſine teſte*.

V. 577. g. *Nullus eſt tantus quæſtus, quam eo quod habes parcere*. Ut ſit pars Trochaici tetrametri. Codex Friſingenſis vitioſe: *Nullus eſt tantus quæſtus, quam quod habeas arcere*.

587. *Nunquam periclum ſine periclo vincitur*. Ita etiam citat Gellius lib. 17. cap. 14. & Macrobius 2. Saturn. c. 7. Friſingenſis Codex legit: *N. periculum ſine periculo v.*

584. *Nunquam ubi diu fuit ignis, defuit vapor;* ita omnino corrigo ex conjectura. in m. ſ. ſ. legebatur, *cecidit vapor*.

O.

587. g. legit: *Aliquid blandi admiſce*. Martinus lib. de moribus: *Objurgationi ſemper aliquid blandi admiſce: facilius enim penetrant verba quæ molli vadunt via*.

593. Eſt Trochaicus. Godofredus ita habet: *Odium oportet peccandi, non metum, facias*.

598. Libellus ille Martini de moribus ita incipit: *Omne peccatum actio eſt. Actio autem omnis voluntaria eſt, tam honeſta, quam turpis. Ergo voluntarium eſt omne peccatum*.

601. g. *Omnes vitam differentes mors incerta prævenit*.

605. Martinus lib. de moribus: *Hoc habet omnis affectus, ut in quo ipſe inſanit, in id putet etiam cæteros furere*. Godofredus ita legit: *Omnis affectus habet, ut in eo in quo ipſe inſanit, in idem putet cæteros furere*.

609. & 610. Sententia hæc ex Seneca concinnata eſt, qui libro de remed. fortuitor. hæc habet:

Male

Male de te loquuntur homines? ſed mali. Moverer, ſi de me Marcus Cato, ſi Lælius ſapiens, ſi alter Cato, ſi duo Scipiones iſta loquerentur. Nunc malis diſplicere, laudari eſt. Hanc ſententiam ſuæ Gnomologiæ inſeruit Mart. lib. de moribus, ubi & hæc *Male opinentur de te homines, ſed mali. Malis diſplicere, eſt laudari.*

V. 615. Mart. lib. de moribus: *Oratorem te puta, ſi tibi ante omnes quod oportet, perſuaſeris.*

617. Citatur hic Mimus Publii nomine a Seneca Rhetore, Philoſophi patre, 7. controv. 3. Noſter m. ſ. f. ſic legit: *O vitam miſero longam, felici brevem!* Supra in lit. E. ſic dedimus: *Eſt vita m. l. f. b.* Revocat mihi verſus iſte alium elegantiſſimum, quem Seneca filius citat libro de brevitate vitæ c. 2. *Quod apud maximum poetarum, more oraculi dictum eſt, verum eſſe non dubitem:*

Exiguæ pars eſt vitæ quam nos vivimus.

Sed Senecæ patris locum integrum dabo, ut intelligas, quomodo etiam declamationibus, uſque ad quorundam nauſeam, Mimos Publianos inſeruerint: *Murrhedius uſus colore eſt, & Publiana ſententia dixit: Abdicationes, inquit, ſuas veneno diluit. Et iterum: Mortem, inquit, meam effudi. Memini nos, cum loqueretur de hoc genere ſententiarum, quo jam infecta erant adoleſcentulorum omnium ingenia, queri de Publio, quaſi jam ille hanc inſaniam introduxiſſet. Caſſius Severus, ſummus Publii amator, ajebat: Non illius hoc vitium eſſe, ſed illorum, qui illum ex parte, qua tranſire deberent, imitarentur: quæ apud eum melius erant dicta, quam apud quenquam Comicum Tragicumque aut Romanum, aut Græcum: ut illum verſum quo ajebat unum verſum inveniri non poſſe meliorem:*

Tam deeſt avaro quod habet, quam quod non habet.

Et illud de eadem re dictum:

Deſunt luxuriæ multa, avaritiæ omnia.

Et illos verſus, qui huic quoque ter abdicato poſſent convenire:

O vita miſero longa, felici brevis!

Et plurimos deinceps verſus referebat Publii diſertiſſimos. Deinde autorem vitii, quod ex captione unius verbi plura ſignificantis naſcitur, ajebat, Pomponium Atellanarum ſcriptorem fuiſſe: a quo primum ad Laberium tranſiſſet hoc ſtudium imitandi; deinde ad Ciceronem, qui illud ad virtutem ſtudio tranſtuliſſet. Nam, ut tranſeam innumerabilia quæ Cicero in orationibus, aut in ſermone dixit, & nota ut non referam a Laberio dicta, cum Mimi ejus, quicquid modo tolerabile habent, tale habeant; id quod Cicero in Laberium, &c. Uterque elegantiſſime, ſed neuter in hoc genere ſervat modum. Ab his hujus ſtudii diffuſa eſt in plures imitatio. Porro, ut videas quam avide oratores Publianas ſententias ornamenti loco uſurparint, idem fecit Calvus, ille, inquam, qui (ut inquit Seneca lib. 7. controv. 4.) *diu cum Cicerone iniquiſſimam litem de principatu eloquentiæ habuit, uſque eo violentus accuſator, & concitatus, ut in media actione ejus, ſurgeret Vatinius reus, & exclamaret: Rogo vos, Judices, num ſi iſte diſertus eſt, ideo me damnari oportet?* De hoc Calvo inquit Seneca: *In hac controverſia Publianam ſententiam dedit.*

V. 618. Martinus lib. de moribus: *Pacem cum hominibus habebis, cum vitiis bellum.*

623. Sequimur hic m. f. f. & Gellium, qui lib. 17. cap. 14. ita citat: *Pars beneficii eſt, quod petitur, ſi belle neges.* Macrob. vero l. 2. Saturn. cap. 7. hoc modo: *Pars beneficii eſt, quod petitur, ſi cito neges.*

627. Godofredus ita legit: *Patria eſt, ubicunque bene vixeris.* Si Publianus eſt, tunc dimetrum Mi-

miam-

miambum iſtum reſpexit Seneca l. de remed. fortuit. *Patria eſt, ubicunque bene eſt. Illud autem per quod bene eſt, in homine, non in loco, eſt.* Quam ſententiam citat Martinus lib. de moribus.

V. 628. Codex Friſingenſis habuit: *Paucorum eſt intelligere quid det Deus.*

635. Citat Mart. l. de moribus.

636. Ita corrigo ex conjectura; nam m. ſ. ſ. ita legit: *Pecunia regimen eſt rerum omnium.*

637. Citat Mart. l. de moribus.

640. & 641. Mart. l. de moribus: *Pejora ſunt tecta odia, quam aperta. Itaque minus loquax inimicus offendit, quam tacitus.*

642. & 643. Solus Godofredus refert hunc Mimum ſolum:

Perdenda ſunt multa, ut ſemel ponas bene.

Sed ſi hic Publianus eſt, neceſſe eſt & priorem eſſe, quem apud Senecam reperio: qui l. I. de beneficiis cap. 2. ita incipit:

Beneficia in vulgus cum largiri inſtitueris,
Perdenda ſunt multa, ut ſemel ponas bene.

In priore verſu utrumque reprehendas. Nam nec in vulgus effundenda ſunt, & nullius rei, minime beneficiorum, honeſta largitio eſt; quibus ſi detraxeris judicium, deſinunt eſſe beneficia: in aliud quodlibet incidunt nomen. Sequens verſus mirificus eſt, qui uno bene poſito beneficio, multorum amiſſorum damna ſolatur. Hæc Seneca. Elegantes ſane duo Mimiambi, digni qui ſuo auctori Publio reddantur.

649. m. ſ. Friſingenſis legit, ſenſu eleganter acuto: *Perfacile felix quod vota imperant, facit.* Si quis tamen hic *vota* in *fata* mutet, huic non repugno.

656. Mart. l. de moribus: *Multi cum aliis maledicunt, ſibi ipſis convicium faciunt. Nihil turpius, quam qui objicit alteri, ſibi objiciendum.*

V. 674. Mart. l. de moribus: *Præſtabis parentibus pietatem, cognatis indulgentiam, omnibus æquitatem.*

677. *Principium ſævitiæ bellum eſt*, legit vitioſe Godofredus. Quomodo corrigendum ſit, patet ex Seneca l. 1. de clementia c. 5. *Quantulum enim nocet privata crudelitas? Principium ſævitia, bellum eſt.* Hæc Seneca.

678. Mart. l. de moribus: *Priuſquam promittas, deliberes; & cum promiſeris, facias.*

693. Mart. de moribus: *Locum tenet innocentiæ proximum confeſſio.*

700. g. *Pulcherrimum eſt omnia præſtare nihil exigenti.*

702. Vide quæ ſupra notavimus in littera N. verſu 550.

703. Mart. lib. de moribus: *Fortior eſt qui cupiditatem vincit, quam qui hoſtem ſubjicit.*

Q.

704. His ipſis refert hanc ſententiam in Gnomologia Mart. de moribus. Quales ſententiæ paſſim in Seneca, ut & illa l. 2. epiſt. 14. *Quia facta eſt auri mentio, accipe quemadmodum uſus fructuſque ejus tibi eſſe gratior poſſit:* Is maxime divitiis fruitur qui minime divitiis indiget. *Ede, inquies, autorem. Ut ſcias, quam benigni ſimus, propoſitum eſt, aliena laudare. Epicuri eſt, aut Metrodori, aut alicujus ex illa officina. Et quid intereſt, quis dixerit? Omnibus dixit.*

705. m. f. f. *Quæ vult videri bella, nimium illi negat.*

706. m. f. f. *Quam felix vita quæ ſine negotiis tranſit!*

711. Martinus lib. de moribus: *Bonum eſt non laudari & eſſe laudabilem.*

728. Godofredus ita legit: *Quamvis agas id*

re

ne quis merito tuo te oderit, erunt tamen ſemper qui oderint.

V. 731. & 732. Poſſis hos duos pro Trochaicis agnoſcere.

736. Mart. de moribus: *Qui æquo animo malis immiſcetur, malus eſt.*

745. & 746. Hos duos verſus pro Trochaicis poſſis defendere.

748. m. ſ. f. *Qui obeſſe cum poteſt, non vult, prodeſt.*

749. Sequor hic lectionem m. ſ. f. argute acutam. Godofredus legit: *Quidam inimici graves ſunt, amici leves.*

750. g. *Quidam quoſdam occidunt inimicos, non quia habeant, ſed quia meruerunt.*

751. Martinus lib. de moribus: *Quid dulcius, quam habere amicum cum quo audeas, ut tecum, loqui?* Sequor ego lectionem m. ſ. f. ubi tamen, *ſtultius* in *dulcius* muto.

755. Mart. l. de moribus: *Quid eſt dare beneficium? imitari Deum.* & paulo poſt: *Quid homini eſt inimiciſſimum? homo.*

760. *Quid refert quantum habeas; multo illud plus eſt quod non habes.* Hunc Trochaicum citat Gellius.

761. g. *Quis ſis, intereſt, non quis habearis.* Mart. l. de moribus: *Quis ſis, intereſt, non quid habeas.*

763. Martinus lib. de moribus: *Quietiſſimam vitam agerent homines in terris, ſi hæc duo verba a natura omnium rerum tollerent, Meum, & Tuum.*

769. g. C. *deſinit quia fecit.*

771. Citat hunc Mimum Martinus l. de moribus. Noſter m. ſ. f. ita legit: *Qui paupertatem timet, quam timidus eſt!*

777. Mart. l. de moribus: *Qui propter pecuniæ amorem, & libidinem moritur, oſtendit, ſe nunquam ſui cauſa viviſſe.*

V. 783.

V. 783. Citatur etiam in libro de moribus. Hujus mentis plenus eſt Seneca, ſicut & illa huc faciunt epiſt. 2. *Non qui parum habet, ſed qui plus cupit, pauper eſt.*

797. Eſt Trochaicus. Noſter tamen m. ſ. ſ. ita legit: *Quod perit, quæri poteſt, reprehendi non poteſt.*

801. Martinus l. de moribus: *Quod tacitum eſſe velis, nemini dixeris. Si tibi non imperaſti, quomodo ab alio ſilentium ſperas?*

805. ſ. ita legit: *Quod vult, habet, qui cupere quod ſat eſt, poteſt.* Nos ſecuti ſumus Senecam, qui hunc Mimum ita citat l. 19. epiſt. 109. *Magis tamen feriuntur animi, cum carmine ejuſmodi dicta ſunt:*

Is minimo eget mortalis qui minimum cupit.

Quod vult, habet, qui velle quod ſatis eſt, poteſt.

Cum hæc atque ejuſmodi audimus, ad confeſſionem veritatis adducimur. Illi enim quibus nihil ſatis eſt, admirantur, acclamant, odium pecuniæ indicunt.

R.

811. m. ſ. ſ. vitioſe *parva* habet, quod in *prava* mutandum.

813. *Rege incolumi mens omnibus una eſt; Amiſſo, rupere fidem.* Eſt Virgilii 4. Georg. Quod Seneca citat l. 20. epiſt. 115. & l. de clementia, cap. 4.

815. Martinus lib. de moribus: *Regnantibus pejus multo periculum, quam his qui judicantur: hi enim ſingulos timent, illi univerſos.*

821. *Repente dives nemo factus eſt bonus.* vel ſi varies hoc modo: *Nemo bonus repente factus eſt dives.* aut: *Nemo repente dives factus eſt bonus*, eodem res redit. Certe vetus Græca eſt ſententia:

Οὐδὰς ἁπλᾶτηστ ταχέως δίχαιος ὤν.

829. Publianus germanus Mimus eſt ille:

Mul-

Multos timere debet quem multi timent.
ſicut & Laberianus iſte:

Neceſſe eſt multos timeat quem multi timent.
In quos vide quæ ſuo loco notavimus. Ex his eſt concinnata hæc ſententia: *Res vera eſt: qui a multis timetur, multos timet.* ſicut & Seneca ſæpe habet eandem.

V. 830. Martinus de moribus: *Multi ſunt obligandi, pauci offendendi. Nam memoria beneficiorum facilis eſt, injuriarum tenax.*

834. Ita recte g. & ſ. ut ſit Trochaicus. Noſter m. ſ. ſ. ſic habet: *Ridiculum eſt odio nocentis innocentiam perdere.* Martinus de moribus corrupte citat hoc modo: *Ridiculum eſt, aliquem odio nocentis innocentiam perdere.*

S.

839. *Sæpe diſſimulare, quam vel ulciſci, ſatius fuit.* eſt elegans Trochaicus.

844. Eſt Senecæ.

850. *Scis quid invidia eſt? dolor animi eſt ex alienis commodis. Scito etenim illud, quia nulli invidetur, niſi prædito bonitate.*

857. Sequor lectionem h. Noſter m. ſ. ſ. hunc verſum in littera E ſic habet: *Exſilium pati eſt, patriæ qui ſe denegat.* At ſ. & g. ita legunt: *Exſilium patitur, patriæ qui ſe denegat.*

861. Martinus l. de moribus: *Diſſenſio ab alio incipiat, a te autem reconciliatio.*

862. *Se poſſe plus iratus, quam poſſit, putat.* Elegans hic Mimus, omnino ita reſtituendus, qui perperam tranſpoſitus erat in m. ſ. ſ. hoc modo: *Semper iratus plus ſe poſſe putat, quam poſſit.*

872. g. *Pudet fieri deteriorem.*

876. g. *Sicut formoſa pictura eſt cujus nulla pars errat;*

errat ; ſic formoſus homo in quo nulla peccati macula eſt. Proinde hoc domi, hoc foris, hoc omni genere vitæ teneamus, ut nobis inexorabiles ſimus, exorabiles illis qui non niſi ſibi dare veniam neſciunt.

V. 887. Godofredus & Martinus de moribus ita legunt: *Si vis beatus eſſe, cogita hoc primum, Contemnere & contemni.*

888. *Si vis amari, ama.* Hoc dicto uſus eſt Hecaton teſte Seneca l. 1. epiſtol. 9. *Hecaton ait: Ego tibi monſtrabo amatorium, ſine medicamento, ſine herba, ſine ullius veneficæ carmine*: SI VIS AMARI, AMA. Hæc Seneca.

893. Ita legit Martinus l. de moribus: *Solitudinem quærit.* f. *Solicitudinem quærit.*

901. Ita citat etiam Martinus l. de moribus hunc Publianum Mimum, quem Seneca reſpexit, eumque libro de remediis fortuitorum inſeruit, non tamen laudato nomine Publii, ita tamen ut ſit Scazon:

Stultum eſt timere quod vitare non poſſis:
Iſtud non effugit etiam qui diſtulit.

Noſter m. f. f. legit: *Quod mutari non poteſt.*

910. g. *In mille facinorum furias mens otioſa decurrit.*

911. Et hic pro Publiano Mimo ex Seneca ſumtus eſt, vel Seneca hunc Publianum Mimum in oculis habuit, cum ſcripſit lib. 11. epiſt. 81. *Mangones quicquid eſt quod diſpliceat, aliquo lenocinio abſcondunt. Itaque mentibus ornamenta ipſa ſuſpecta ſunt.*

T.

914. Ita corrigo hunc Mimum. Mart. lib. de moribus: *Qui neſcit tacere, neſcit loqui.*

917. Citatur hic Mimus a Seneca l. 7. Controverſ. c. 3. Noſter vero m. f. f. ita legit: *Tam avaro quod habet, quam miſero quod non habet.*

V. 926.

V. 926. Friſing. Codex legit: *Turbæ præbet ſpectaculum æger animus*. Martinus lib. de moribus corrupte refert hunc Mimum ſic: *Turpe ſpectaculum præbet animus æger*. Godofredus etiam legit: *Turpe*.

927. & 928. Mart. de moribus citat hanc ſententiam iiſdem verbis. Codex Friſingenſis legit: *Tranſibit ſermo in effectum*.

V.

946. Martinus de moribus: *Verba rebus, non perſonis, æſtimanda ſunt*.

950. *Veterem ferendo injuriam, invitas novam*. Ita etiam laudat hunc Publianum Mimum Macrob. lib. II. Saturn. cap. 7. Gellius lib. 17. c. 14. alio ſenſu: *Veterem ferendo injuriam, vites novam*. Argute ſane: neque ſperno. Retineo tamen priorem, quia m. ſ. f. aperte: *Veterem ferendo injuriam, invitas novam*.

953. Martinus lib. de moribus: *Bonus vir eſt qui eo perduxit affectum ut non tantum peccare non velit, ſed etiam non poſſit*.

954. Mart. ib. *Vires tuas amici magis ſentiant beneficiis, quam injuriis*.

956. Mart. ib. *Dolor patientia vincitur*. ſicut & legit g.

963. *Virtutis vulnus partem habet victoriæ*. Ita conjecto legendum, non, *vultus*, ut habet m. ſ. f.

965. Martinus citat etiam hanc ſententiam.

967. g. vitioſe: *Vitium prius fuit obſervatio, nunc mos eſt*. ſ. *Vitium prius fuit aſſentatio, nunc eſt amor*. At nos ſequimur hic ſ. lectionem. A cujus mente eſt quod ait Seneca l. 5. epiſt. 38. *Deſinit eſſe remedio locus, ubi quæ fuerant vitia, mores ſunt*.

FINIS.

Excerpta ex Capite XVI.

BIBLIOTHECÆ LATINÆ JO. ALBERTI FABRICII AD PUBLIUM SYRUM *SPECTANTIA.*

PUBLIUS Mimographus natione *Syrus* ob ingenii ſolertiam a Patrono ſuo manumiſſus, Juliique Cæſaris Imp. qui Laberianam, ut jam dixi, dicacitatem ferre nequibat, favorem expertus, obiit incertum quo anno Auguſti Imper. * Ejus præter Hieronymum in Chronico ad Olympiad. 184. ſæpius meminit cum laude Seneca Philoſ. Plinius 8. 51. Hiſt. Gellius 17. 14. Macrobius 2. Saturnal. 2. & 7. & Petronius *Ciceronem diſertiorem*, *Publium honeſtiorem* ait fuiſſe. Ad quem locum conferendus Douſa lib. I. præcidan. in Petronium cap. 17. Pueris ediſcendos olim traditos fuiſſe Publii Syri verſus, colligas ex Hieronymi ad Lætam Epiſtola. Ex *Mimis* ejus ſive *ſententiis* lepidis & ad communem uſum accommodatiſſimis pervenerunt ad nos non paucæ, ſive ſervatæ ab antiquis Seneca, Gellio, Macrobio, ſive ſeparatim in codicibus antiquis deſcriptæ. Sane leguntur ſub Publii nomine, legendæ ſæpius pueris ac totæ ediſcendæ, ſententiæ ejuſmodi DCCCCLXXXII ſingulis verſibus jambicis expreſſæ vel trochaicis; licet in his ſunt fortaſſis aliquæ, quæ ipſum non habent auctorem. Inter editiones præſtare putem illam, quæ ſecundum litterarum ſeriem digeſta, & a *M. Velſero* A. 1608. ex MS. Friſingenſi locupletata cum notis ab *Ada-*

mo

mo Sartorio curatis ſubjicitur M. Antonii Mureti Orationibus & Epiſtolis, Ingolſtadii, ac noviſſime Lipſiæ ex editione Cl. Jacobi Thomaſii, iterum iterumque recuſis. Edidere coſdem Mimos, ſed nec numero eodem, nec ordine *Deſiderius Eraſmus*, qui e codice Cantabrigienſi recenſitos ac caſtigatos paraphraſi etiam explicavit Baſil. 1502. 4. *Georgius Fabricius* * viginti antea ineditas P. Syri ſententias primus vulgavit in ſua ſententiarum collectione excuſa Lipſiæ 1550. & cum aliis ſententiis a ſe collectis Lipſiæ 1567. 8. *H. Stephanus* ad calcem ſententiarum e Comicis Græcis & Latinis A. 1563. forma minore; *Janus Gruterus* una cum Tragœdiis Senecæ A. 1604. 8. apud Commelin. & in Florilegio Ethico Politico ſententiarum ac proverbiorum cum Gruteri notis editio Francof. 1610. 8. tribus volum. in quo opere T. 1. pag. 159. ſeq. occurrunt P. Syri ac Senecæ ſententiæ aureæ recognitæ ad MSS. Palatina & Friſingenſe, additis p. 793. ſeq. Gruteri notis; *Dionyſius Gothofredus* ad calcem Senecæ, *Tan. Faber* ad calcem Phædri, *P. Pithœus* inter Poematia antiqua, & *Joſephus Scaliger*, qui Græcis etiam verſibus ſelectas ſententias CCCLXXV. reddidit. Vide ejus Poemata Græca a Petro Scriverio edita Lugd. Bat. 1615. 12. p. 115. ſeq. * Occurrunt etiam P. Syri ſententiæ, ne de Morelliana editione memorem, Pariſ. 1611. 8. in *Theodori Zwingeri* morum Philoſophia 2. Tomis edita Baſil. 1575. 8. Ex MSto Friſingenſi eaſdem recenſuit poſt Gruterum *Huppertus Faber* Ubius Agrippinas Venet. 1618. Denique ſententiæ P. Syri CCCLII. cum notis & commentario copioſiore poſtumo *Jani Gruteri*, antea inedito, atque ad calcem rejecta *Græca* Metaphraſi *Joſephi Scaligeri*, centum aliquot verſibus ex autographo ipſius locupletata prodierunt nitide excuſæ Lugd. Bat. 1708.

1708. 8. curantibus Sigeberto Haverkamp & Abrahamo Preyger. Cum verſione Græca Scaligeri, notiſque Eraſmi, & *Emanuelis Swedbergii*. Upſal. 1709. 8. *Gerhardi Voſſii* filii notæ & caſtigationes, quas cum *H. Ernſtii* variantibus lectionibus circa Annum 1637. edere voluit, haud viderunt lucem. Vide Voſſii Patris Epiſtolam 299. ad Salmaſ. *Gallicam* Caroli Montani, qui circa A. C. 1500. floruit, Metaphraſin memorat in Bibliotheca Gallica Crucimanius.